DE

VSV PARTICVLAE *τε* EARVMQVE QVAE CVM *τοι* COMPOSITAE SVNT

APVD

ORATORES ATTICOS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AVCTORITATE ATQVE CONSENSV

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLVS SCHMIDT

MEGALOPOLITANVS.

ROSTOCHII

TYPIS CAROLI BOLDTII

MDCCCXCI.

Ref.: Prof. Dr. **Ed. Schwartz.**

EDVARDO SCHWARTZ

FRIDERICO MARX

S.

Postquam a. 1877 Henricus Schaefer in dissertatione inaugurali Gottingensi, quae inscribitur „de nonnullarum particularum apud Antiphontem usu“ etiam de iis particulis, quas tractandas mihi proposui, egit, denuo de earum vocum usu apud antiquissimum in numero decem oratorum quaerere supervacaneum esse mihi videtur. Quae cum ita sint Antiphontem omisi et tantum posteriores oratores perlustravi.

CAPUT I.

De particula *τε*.

Particulam *τε* apud antiquissimos poetas Graecos saepissime pronominibus relativis adiungi inter omnes constat; quae verborum coniunctio paullatim rarescebat et apud posteriores scriptores Atticos parvum illius usus vestigium invenitur, in verbis *ὥστε, ἐφ᾽ ᾧτε, ἅτε, οἷόν τε εἶναι,* quibus ex vocibus *οἷόν τε εἶναι* et *ὥστε* saepe oratores usurpant, rarissime *ἐφ᾽ ᾧτε* et *ἅτε.* Ut apud Antiphontem ita apud Andocidem haec vocabula praesto non sunt nisi *ὥστε* et *οἷόν τε εἶναι.* Omnes locos, quibus illud vocabulum exstat, enumerare longum esse mihi videtur: legitur in orat. I—III vicies quater et in orat. IV quater decies (in § 9 libri praebent *ὡς,* quod emendavit Stephanus). Rarius Andocides usus est *οἷόν τε εἶναι:* I, 7 (bis), 20, 86; II, 3, 26; 20 Stephanus recte *οἷόν γέ μοί ἐστιν εἰπεῖν* mutavit in *οἷόν τε . . .* Praeter hunc locum I, 20 inter *οἷόν τε* et *εἶναι* posita sunt alia verba *(οἷόν τε δ᾽ οὐκ ἦν).* — In orat. III et IV *οἷόν τε εἶναι* praesto non est.

Particulae *τε* ipsius usus non omnibus temporibus et apud omnes scriptores idem fuit. Nam ab antiquissimis poetis, praecipue ab Homero, haec particula innumerabilibus locis usurpata est eo modo, ut semel vel bis posita vim copulativam haberet, postea autem particula *τε* semel posita rarissime adhibebatur et *τε — τε* suo loco coniunctione *τε — και* summovebatur. Cum autem mutatio illius particulae usus non subito, sed paullatim facta sit, in hac re scriptores multo inter se dissentiunt. Particula *τε* semel posita inter scriptores Atticos praecipue Thucydides utitur, ut aut enuntiata aut singulas voces inter se coniungat, qui usus apud Antiphontem quoque in orat. I et V invenitur. — Apud Andocidem quoque particula *τε,* cui altera particula non respondet, ad enuntiata coniungenda nonnullis locis exstat: I, 61, 111; II, 11, 15, 19; III, 9, 30, 33, 40. Huc referendum est I, 107: *μαχεσάμενοί τε ἐνίκων, καὶ τήν τε Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν καὶ τὴν πατρίδα ἔσωσαν,* quo loco priori particulae *τε* non respondet *καί,* sed *τε* coniungit hoc enuntiatum cum antecedentibus verbis. — I, 93 codices tradunt: *ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχε, κυρίαν εἶναι τήν τε βουλήν, ὃς ἂν πριάμενος τέλος μὴ καταβάλῃ, δεῖν εἰς τὸ ξύλον.* Hic particula nullo modo ferri potest, recte Stephanus, quem editores secuti sunt, *τε* omittit (I, 140 cod. ABLZ pro *ταῦθ'* legunt *τάθ'* . . ., I, 45 AB praebent *εἴς τε Θησεῖον,* ceteri *εἴς γε Θ.;* particulae *τε* locum hic non esse nemo non intellegit: editores Reiskium secuti receperunt *εἰς τὸ Θ.*)

Semel Andocides *τε* eo modo adhibet, ut referatur ad particulam *οὔτε,* qua membrorum coniunctione illud, quod particula *τε* additum est, praecipue premitur: I, 4 *αὐτίκα ἐγὼ πολλῶν μοι ἀπαγγελλόντων ὅτι λέγοιεν οἱ ἐχθροὶ ὡς ἄρα ἐγὼ οὔτ' ἂν ὑπομείναιμι οἰχήσομαί τε φεύγων* . . . . . I, 58 respondet particulae *τε* non *τε,* sed *δέ* : *ὅπου δὲ τούτων τὸ ἐναντιώτατον ἦν, σιωπήσαντι μὲν αὐτῷ τε αἴσχιστα ἀπολέσθαι μηδὲν ἀσεβήσαντι, ἔτι δὲ τὸν πατέρα περιδεῖν ἀπολόμενον κτλ.* — I, 5 traditum est: *ἄλλοθί τε γὰρ ὢν*

πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν στερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαίμην, τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης ὥσπερ αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ λέγουσι, πολὺ δ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον ἐγὼ πολίτης δεξαίμην εἶναι ἢ ἑτέρων πόλεων κτλ. Legimus hic initio enuntiati *τε γάρ*, particulae *τε* non respondet altera particula. Sluiterus coniecit scribendum esse *τῆς τε πόλεως*, equidem cum Schillero et Blassio putaverim legendum esse *τῆς δὲ πόλεως . . . . πολὺ ἂν . . . .*, ita ut particulae *τε* respondeat *δέ*.

Multo saepius, quam eas coniunctiones, quas modo attuli, invenimus *τε — τε*. Loci hi sunt: I, 24, 80, 82; III, 2 (A B, ceteri codices *τε — και*), 12, 13 (bis), 34 (bis). His locis particulis *τε — τε* coniunguntur singula verba aut enuntiata membra ita, ut artius inter se cohaereant, ut I, 82 *βουλήν τε ἀπεκληρώσατε νομοθέτας τε εἵλεσθε.* — Aliter res se habet III, 7 . . . *ὥστε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ νόμῳ κατεκλήσαμεν ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ, τοῦτο δὲ τριήρεις ἄλλας ἑκατὸν ἐναυπηγησάμεθα, καὶ ταύτας ἐξαιρέτους ἐψηφισάμεθα εἶναι, νεωσοίκους τε ᾠκοδομησάμεθα, χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας, καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους κατεστήσαμεν, καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη.* Quo loco membra particula *τε* addita non artius inter se cohaerent, quam cetera, quae adnectuntur *καί*, ita ut hoc exemplum referendum sit in numerum eorum locorum, quibus *τε* usurpetur ad enuntiata coniungenda. III, 10 invenimus coniunctionem *τε — τε — δέ*: *οἵ τε τριάκοντα κατέστησαν πολλοί τε Ἀθηναίων κώνειον πίοντες ἀπέθανον, οἱ δὲ φεύγοντες ᾤχοντο.* — I, 108 scriptum videmus: *τοιγάρτοι διὰ ταῦτα τὴν πόλιν ἀνάστατον παραλαβόντες ἱερά τε κατακεκαυμένα τείχη τε καὶ οἰκίας καταπεπτωκυίας, ἀφορμήν τε οὐδεμίαν ἔχοντες . . . .*: hic non coniunguntur *τε — τε — τε*, sed *ἱερά τε κατακεκαυμένα τείχη τε καὶ οἰκίας καταπεπτωκυίας* arte inter se cohaerent (quibus vocabulis explicantur antecedentia verba *τὴν πόλιν ἀνάστατον παραλαβόντες*), cum tertium *τε* verba *ἀφορμὴν*

οὐδεμίαν ἔχοντες coniungat cum *τὴν πόλιν ἀνάστατον παραλαβόντες*. — I, 21 codices tradunt . . . *καὶ δεῖσθαι ἀπιέναι ὅπου[ἂν] ἔμελλεν αὐτὸς σωθήσεσθαι ἐμέ τε οὐκ ἀπολεῖν:* Blassius adnotat „nonne *αὐτός τε?*“, quae coniectura rectissima mihi videtur, cum haec membra artissime inter se cohaereant. —

In orat. IV particula *τε* raro exstat: in § 39 invenimus coniunctionem *μήτε — τε*, in § 35 *τε — τε*.

Multo saepius quam particularum *τε — τε* coniunctione Andocides utitur *τε — καί*, id quod apud optimos scriptores Atticos usitatissimum est. Loci exstant: I, 1, 2, 12, 17, 19 (bis), 27, 31, 32, 34, 40, 41, 48, 51, 56, 59, 64, 65, 82, 107 (ter), 109 (bis), 111, 117; II, 3 (bis), 4, 7, 8, 10 (ter), 11 (bis), 13 (bis), 14, 15 (bis), 16, 17, 18, 19, 20, 22 (bis), 23; III, 9, 26, 39 (bis). Haec exempla facile in duo genera separantur, cum aut duo verba illis particulis coniungantur aut enuntiati membra. Saepissime hanc coniunctionem invenimus in orat. II, quae circiter octo annis ante primam confecta est: exstat *τε — καί* vicies ter in § duodetriginta. Cum in ceteris apud oratores paucissimi sint ii loci, quibus *τε καί* nullo alio vocabulo discernantur[1], hoc saepe in orat. II accidit; quin etiam scriptum videmus *ὅσα τε καὶ οἷα* (15) et *τοιοῦτός τε καὶ τοσοῦτος* (20), id quod ceteri oratores non praebent.

Nonnulla dicenda sunt de particulae *τε* collocatione. Ipsa verbi natura efficitur, ut id vocabulum, quod cum altero coniungitur, particula sequatur; tamen si illi verbo praepositio aut articulus additus est, *τε* inter praepositionem et articulum aut inter articulum et nomen poni solet. Quam verborum collocationem fere semper Andocides adhibet: cf. I, 17 *τούς τε ἄλλους*, 107 *τήν τε Ἑλλάδα* et saepius. Duo tantum loci excepti sunt: II, 19 *τὰ μὲν . . . πεπραγμένα . . . . ἂν εἰδείητε, τὰ δὲ μέλλοντά τε καὶ ἤδη πραττόμενα ἴσασιν*, qui locus defenditur ea re, quod post

---

[1] cf. de hac re Fuhrium, Mus. Rhen. a. 1878 (vol. 33) pag. 578 sqq.

τά positum est *δέ*. Cf. praeterea III, 34 *τῇ πόλει τε εὔνουν*. — I, 2 *κατά τε τοὺς νόμους*, 32 *ὑπέρ τε τῶν ἱερῶν*, II, 3 *διά τε τὴν ἀπειρίαν*. — Si articulus praepositionem non sequitur, collocatio particulae varia est: I, 117 *εἴς τε ἐμέ*, II, 8 *ἐν οἵῳ κινδύνῳ τε καὶ ἀμηχανίᾳ*, III, 12 *ἐφ᾽ οἷς τε*.

Cum apud nomina particulis *τε—τε* aut *τε—καί* coniuncta articulus aut praepositio posita est, quae ad utrumque pertinet, saepe in altero membro illae voces non repetuntur. Quod attinet ad articulum apud Andocidem exempla rariora sunt quam ut eius usus definiri possit: I, 82 *τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τῶν Δράκοντος πολλούς*, II, 10 autem exstat *τῆς τε μεθ᾽ ὑμῶν πολιτείας ἐκείνης καὶ διαίτης*, II, 19 *τὰ δὲ μέλλοντά τε καὶ ἤδη πραττόμενα:* hoc loco articulus omissus facile explicatur ea re, quod *τε* positum est post *μέλλοντα*.

Loci, quibus praepositio ad ambo membra pertinet, si excipimus II, 8, praesto sunt quattuor: bis in altero membro ea repetitur, bis omittitur: I, 32 *ὑπέρ τε τῶν ἱερῶν ἃ εἴδετε, καὶ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων* . . . . III, 2 *διά τε τὴν ἀπειρίαν τοῦ ἔργου διά τε τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν*. — I, 2 *κατά τε τοὺς νόμους τοὺς ὑμετέρους καὶ τοὺς ὅρκους*, I, 117 *εἴς τε ἐμὲ καὶ Λέαγρον*.

Nonnullis locis orator eam verborum collocationem usurpat, ut verba, quae ad ambo particulis *τε — καὶ* coniuncta membra pertineant, inter particulas interponat: sed semper fere unum tantum vocabulum ita collocatum est, ut I, 56 *σῴζεσθαί τε ἀξιῶ καὶ δοκεῖν*, II, 3 *σφίσιν τε αὐτοῖς συμφέρειν καὶ τῷ ὑμετέρῳ κοινῷ*, cf. praeterea I, 40; II, 13, 15; III, 9. — Complura verba interposita sunt II, 10 *τῆς τε μεθ᾽ ὑμῶν πολιτείας ἐκείνης καὶ διαίτης* et II, 14 *σῖτόν τε εἰς τοὺς πολεμίους εἰσαγαγόντα καὶ κωπέας*.

Particula *καί* bis vel ter posita saepius *τε* respondet; cf. I, 12, 27, 59 etc.

I, 34 traditum est: *μηνύει περί τε τῶν μυστηρίων ἃ ᾔδει ἐκ τῶν περικοψάντων τὰ ἀναθήματα, καὶ ἀπογράφει δυοῖν δέοντας εἴκοσιν ἄνδρας*, in his verbis viri docti mul-

tum haeserunt: Aldus, quem Bekkerus et Turicenses editores secuti sunt, legit *ἃ ᾔδει καὶ τῶν περικ . . . . .*, Blassius ante *ἃ ᾔδει* addit *καὶ* („quae audiverat ex —“), Rosenbergius addit *καὶ* post *ἃ ᾔδει* deleto *καὶ* ante *ἀπογράφει*. Neque enim hoc loco translationem particulae *τε* habemus, ita ut coniungantur inter se enuntiata *μηνύει κτλ.* et *ἀπογράφει κτλ.*, sed opponuntur *τῶν μυστηρίων* et *τῶν περικοψάντων*, quam ob rem Aldi coniectura recipienda est. — Singularis autem est collocatio, quam invenimus II, 23 *ὁρῶ . . . . ξένοις παντοδαποῖς πολιτείαν διδόντας τε καὶ εἰς χρήματα μεγάλας δωρεάς*.

I, 15 addit Blassius *τε (μηνύσειν περί τε τῶν μυστηρίων . . . . καὶ περὶ τῶν Ἑρμῶν τῆς περικοπῆς)*, I, 60 in editione Blassiana exstat *(καὶ σῶσαί τε ἡμᾶς) καὶ τιμωρεῖσθαι ἐκεῖνον . . . .* verba *καὶ σῶσαι τε ἡμᾶς* omittunt Bekkerus et Turicenses, de codicum lectione et hi et ille tacent.

In orat. IV particulam *τε* raro praesto esse supra commemoravi. *τε καί* solum invenimus in formula *ἄλλως τε καί* (§ 9), quae formula apud Andocidem non exstat. Quae cum ita sint, valde dubito num Blassius recte fecerit, quod bis coniunctionem *τε — καί* restituit: 5 *ταύτην τε τὴν πόλιν διαφθερεῖ, καὶ τῇδε οὐδὲν ἧττον ἐπιβουλεύσει* et 8 *τῶν τε κατηγορούντων ἠκροᾶσθε καὶ ἐμοὶ ἀναγκαῖον ἦν*, quamquam concedo in ceteris optime hanc lectionem se habere.

Pergamus ad Lysiam. Atque primum quidem *ὥστε* apud Lysiam plus quam ducenties vicies exstat. *οἷόν τε εἶναι* invenimus I, 6, 24, 31, 41, 42; II, 1, 16, 30, 65, 78; III, 34; VI, 8; VII, 1, 11, 16, 18, 26; X, 13; XI, 2; XII, 31, 33, 36, 45, 49; XIII, 8, 26, 52, 93; XIV, 36; XVII, 4 (bis); XIX, 41; XX, 5, 13, 19, 28; XXII, 16; XXIV, 4; XXIX, 1; XXX, 20; XXXI, 8, 18. — Verbum *εἶναι* rarissime orator omittit; nonnullis locis inter *οἷόν τε* et *εἶναι* interpositum est aliud vocabulum: XIII, 26 *οἷόν τέ σοι ἦν*, 52 *οἷόν τε γενέσθαι ἐστίν*, 93 *οἷοί τε ἐκείνοις*

ἐπαρκέσαι γεγόνατε, VI, 8, *οἷόν τε ὑμῖν ἐστιν.* — Vocabula *ἐφ᾽ ᾧτε* et *ἅτε* Lysias non usurpat.

Particula *τε* ad enuntiata coniungenda adhibetur I, 6, 17; XIII, 1, 82; XXIII, 3; XXXI, 2 (ubi Bekkerus nulla re cogente cum Aldo *δέ* legit); XXXII, 1, 22. Multo aliter res se habet XIII, 40: *πυθομένη δ᾽ ἐκείνη ἀφικνεῖται, μέλαν τε ἱμάτιον ἠμφιεσμένη, ὡς εἰκὸς ἦν* . . . ., quo loco particula *τε* nullo modo intellegi potest. Turicenses editores adnotant „*τε* malimus abesse", Reiskius melius lacunam indicavit post *ἠμφιεσμένη*, quam explevit verbis *καὶ δακρύουσα.*

Coniunctionem *μήτε — τε* invenimus bis: XII, 44 et 72. — XIX, 55 legimus *οὔτε — οὔτε — τε.* — XXV, 34 traditum est *αὐτοί τε γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦσι λανθάνειν, ἀλλ᾽ αἰσχύνονται μὴ δοκοῦντες εἶναι πονηροί, ὑμεῖς δὲ τὰ μὲν αὐτοὶ ὁρᾶτε τὰ δ᾽ ἑτέρων πολλῶν ἀκούετε,* ubi Reiskius, quem secutus est Bekkerus, sine causa *ὑμεῖς δὲ* mutavit in *ὑμεῖς τε*, cum coniunctio *τε — δέ* omnino non inusitata sit. XIX, 62 codices legunt *καὶ οὔτ᾽ ἐγὼ ἀφῃρημένος ἀδικεῖσθαι οἰήσομαι, ὑμῖν δὲ πλείους οὕτως αἱ ὠφέλειαι ἢ εἰ δημεύσαιτε* . . . ., Bekkerus Stephanum secutus mutavit *δέ* in *τε,* neque vero haec mutatio necessaria est, cum saepius *δέ* respondeat *οὔτε* (cf. Hartung, Lehre von den Partikeln der griech. Sprache I, pag. 197).

τε — τε coniunguntur his locis: XII, 61, 64; XIII, 8, 91; XIX, 18; XXXI, 19. — XIX, 13 et 17 praesto est coniunctio *τε — τε — τε.* Non decipi debemus, quod XIII, 91 inter *τε — τε* interpositum est *καί,* quod non refertur ad *τε,* sed priori membro aliquid adnectit. XII, 99 scriptum videmus *ὅμως δὲ τῆς ἐμῆς προθυμίας (οὐδὲν) ἐλλέλειπται ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, ἃ οὗτοι τὰ μὲν ἀπέδοντο, τὰ δὲ εἰσιόντες ἐμίαινον, ὑπέρ τε τῆς πόλεως, ἣν μικρὰν ἐποίουν, ὑπέρ τε τῶν νεωρίων, ἃ καθεῖλον, καὶ ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων κτλ.*: cum Sauppio malim scribere *ὑπέρ τε τῶν ἱερῶν.* Singularis hic locus est ea re, quod quartum membrum particula *καί* est additum.

XIII, 55 codicis X lectio *(εὑρίσκων τε)* nullo modo ferri potest, Reiskius recte emendavit *εὑρίσκονται*. XIII, 61 *σὺ δ' οὐδὲν . . . . συνειδώς, πεισθεὶς δὲ ὥς σύ γε, ἂν ἐκεῖνοι ἀπόλωνται, μεθέξεις τῆς τε πολιτείας καθισταμένης, ἀπέγραφες καὶ ἀπέκτεινας Ἀθηναίων πολλοὺς καὶ ἀγαθούς*: hoc loco *τε* intellegi non potest, Marklandus recte mutavit *τε* in *τότε*. XIII, 71 initio enuntiati traditum est *Ἀγόρατός τε οὑτοσὶ οὔτε παρεκλήθη οὔτε . . . .* Orator refutat Agoratum, qui dixerat se Phrynichum interfecisse, quamobrem a populo civitate donatus esset. Phrynichum enim necatum esse a Thrasybulo et Apollodoro. Tum secuntur verba, quae attuli. Elucet hoc loco Agoratum Thrasybulo et Apollodoro opponi, ita ut non exspectemus particulam *τε*, sed *δέ*, quam Marklandus restituit. — XVII, 2; XXVI, 11 (cod. X); XXXI, 26, 32 (*γε* Stephanus) particulae *τε* locus non est. — XXVII, 13 traditum est: *εἰ δὲ νομίσαντες ἀδικεῖν αἰτήσονται, δῆλον ὅτι τοῖς ἀδικοῦσιν εὐνούστεροί εἰσιν ἢ ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις, ἴσως τ' οὐ χάριτος ἄξιοι τυχεῖν ἀλλὰ τιμωρίας, ὁπόταν ὑμεῖς δύνησθε.* Pro *ἴσως τ'* cod. C praebet *καὶ ἴσως*. Marklandus, quocum Bekkerus et Turicenses consentiunt, recte legit *ὥστε*.

In epitaphio 13 scriptum videmus: *ἀλλὰ τὴν αὐτὴν εἶχον γνώμην ἥνπερ πρότερον, ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἰδίᾳ ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν πεπονθότες, ἐκείνους τ' οὐκ εἰδότες ὁποῖοί τινες ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι· δίκαιον δὲ νομίζοντες εἶναι κτλ.*, quo loco *τε* non referendum est ad *μέν*, ad quod pertinet *δέ*, sed ad enuntiati membra coniungenda adhibetur. — 17 initio enuntiati exstat *ἥ τε γὰρ ἀρχὴ τοῦ βίου δικαία,* ubi particulae *τε* nulla alia respondet neque *τε* ad enuntiationes coniungendas necessarium est. Reiskius mutavit *τε* in *μέν*. Sed quamquam concedimus particulam *τε* hic inusitatam esse, tamen apud Demosthenem (XIX, 159) similem locum invenimus, ita ut hanc coniecturam repudiandam esse putem. — *τε — τε* praesto est § 78. — Singularis est coniunctio, quam legimus in § 39: *ποῖαι δ' οὐχ ἱκετεῖαι θεῶν ἐγένοντο ἢ θυσιῶν ἀναμνήσεις, ἔλεός τε*

παίδων καὶ γυναικῶν πόθος οἶκτός τε πατέρων καὶ μητέρων, λογισμὸς δ', εἰ δυστυχήσειαν, τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν; Supervacaneum est *δέ* post *λογισμὸς* cum Stephano et Bekkero in *τε* mutare. —

Saepissime apud Lysiam invenimus particularum *τε — καί* coniunctionem. Loci exstant: I, 4; III, 6, 34, 37, 44; IV, 8, 9 (libri *γε*, emend. Reiske), 11; VIII, 3; X, 20 (bis); XI, 9; XII, 12, 41, 44, 49, 50, 54, 57, 62, 66, 70, 74, 92, 100; XIII, 4, 5, 13, 14, 21, 41, 57, 71, 77, 81; XIV, 32; XV, 1; XVII, 2, 3, 5, 8, 10; XVIII, 25; XIX, 23, 26, 29, 56, 64; XXI, 9, 11, 12; XXII, 21, 22; XXIII, 4, 5, 7, 8, 10 (bis), 11 (bis), 16; XXIV, 15; XXVI, 9, 13 (cod. C X *γε*); XXVII, 3, 7; XXIX, 9; XXX, 15, 20 (libri *γε*, emend. Bekker), 23; XXXI, 3 (libri *γε*, emend. Markland), 5, 14, 25; XXXIII, 1. — XXVIII, 17 in editione Bekkeriana exstat *ἅμα τοῖς τε φίλοις τοῖς ὑμετέροις ἀποδοῦναι χάριν καὶ παρὰ τῶν ἀδικούντων δίκην λαβεῖν.* Turicenses editores omittunt *τε*: de codicum lectione et hi et ille tacent. — Praeterea formula *ἄλλως τε καί* praesto est III, 29; VII, 6, 36; XV, 10; XXVIII, 5; XXXIV, 5.

Collocat Lysias quoque particulam inter articulum et nomen aut inter praepositionem et articulum. Ab hoc usu dissentit XXIII, 4: *τῶν ἄλλων τῶν λαχόντων τε δίκας αὐτῷ . . . .*, XXX, 15 *τοὺς μὲν ἀποθανόντας, τοὺς δὲ φεύγοντάς τε καὶ οὐ μετασχόντας:* hic locus eodem modo atque Andocidis II, 19 intellegitur. — Si praepositio coniuncta est cum pronomine aut vocabulo sine articulo collocatio particulae varia est: invenimus XII, 62 *ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ*, XVII, 5 *πρός τε ὑμᾶς*, XXI, 11 *παρά τε ἑκόντος ἐμοῦ*, XIII, 1 *ὑπό τε ὑμῶν*. — XIX, 13 autem *ὑπ' ἐκείνου τε*, 29 *ὑπὲρ αὑτοῦ τε*, 56 *ἄνευ ἀνάγκης τε*, XIII, 77 *ἐπὶ Φυλήν τε*. — Articulum, qui ad utrumque particulis *τε — τε* aut *τε — και* membrum coniunctum pertinet, Lysias repetere solet: cf. XII, 92; XV, 1; XVII, 8; XVIII, 25 et saepius. Excepta sunt duo exempla XXIII, 4 et XXX, 15 quae se

defendunt ea re, quod particula *τε* collocata est post nomen, non post articulum, praeterea XVII, 2 *οἵ μᾶλλόν τε ἐμοῦ εἰδότες καὶ παραγεγενημένοι* .... Praepositio addita est membris coniunctis *τε — τε* semel (XII, 99), ubi ea repetitur; cum membra coniuncta sunt *τε — καί* in altero membro omittitur praepositio quater: XII, 62, 66; XVII, 5; XIX, 29; semel autem praepositio repetitur XXI, 11 *παρά τε ἑκόντος ἐμοῦ καὶ παρ' ἄκοντος.*

Lysias inter particulas verba, quae ad ambo membra pertinent, ponere non solet nisi unum aut duo vocabula, ut IV, 11 *τοῖς τε ἄλλοις ἐμφανὲς καὶ τούτοις ποιῆσαι*, XIX, 64 *τά τε δίκαια ψηφιεῖσθε καὶ ὑμῖν αὐτοῖς τὰ συμφέροντα*, XXIII, 7; XVII, 3. Complura verba invenimus XIV, 32 *ἄλλων τε πολλῶν ἄξιον ἕνεκεν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι, καὶ ὅτι* ...., XXIV, 15 *οἷς τ' ἐγχωρεῖ τῶν ἀνθρώπων ὑβρισταῖς εἶναι καὶ οἷς οὐ προσήκει.*

Inusitata est haec positio, quam legimus XIX, 23 *χαρίσασθαι ἐκείνῳ τε καὶ κομίσασθαι μὴ ἐλάττω*, quo loco exspectamus particulam post *χαρίσασθαι*, quod restituendum esse putaverim (non recte Fuhrius l. a. pag. 579 dicit Lysiae scribendum fuisse *ἐκείνῳ τε χαρ.*) Rauchenstein pro *τε* scripsit *ἐφ' ᾧ τε*, quae coniectura ob eam causam repudianda est, quod apud Lysiam *ἐφ' ᾧ τε* alio loco non invenitur. — Translationes particulae *τε* praeter hunc locum apud Lysiam non exstant; neque enim cum Sauppio XII, 30 pro *σῴζοντα αὐτὸν καὶ τὰ τούτοις ἐψηφισμένα, ὃν συλλαβὼν ἀπήγαγεν* legerim *σῴζειν τε αὐτὸν καὶ τὰ τούτοις ἐψηφισμένα παρόν, συλλαβὼν ἀπήγαγεν*, ubi *τε* exspectamus post *αὐτὸν.*

καὶ bis positum saepius respondet *τε*; cf. I, 4; IX, 44; XII, 74 etc. Non inusitatum apud scriptores est inter *τε — καί* collocari alteram particulam *καί*, quae priori membro aliquid adnectit: cf. XIII, 13 *προσιόντες δ' αὐτῷ τῶν τε στρατηγῶν τινες καὶ τῶν ταξιάρχων* .... *καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν πολιτῶν.*

Singularis est hic locus: XIX, 29 *τραγῳδοῖς τε δὶς*

χορηγῆσαι ὑπὲρ αὑτοῦ τε καὶ τοῦ πατρός, καὶ τρία ἔτη συνεχῶς τριηραρχῆσαι, εἰσφοράς τε πολλὰς εἰσενηνοχέναι, οἰκίαν τε πεντήκοντα μνῶν πρίασθαι, γῆς τε πλέον ἢ τριάκοντα πλέθρα κτήσασθαι, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οἴεσθαι χρῆναι ἔπιπλα πολλὰ καταλελοιπέναι . . . . , ubi coniunguntur τε — καί — τε — τε — τε — ἔτι δὲ et inter τε — καί interposita est coniunctio τε καί.

In orat. II τε — καί praesto est 6, 16, 26, 32, 46 (bis), 49 (bis), 69: articulus et praepositio in altero membro semper repetuntur. — In orat. VI hi loci exstant 8, 12, 14, 34, 42: et articulus et praepositio bis posita est. — XX, 7, 11, 18, 19, 21, 22, 23, 24, 25, 27, 30, 34, 35. Invenimus in hac oratione inusitatam collocationem τῇ θεῷ τε (24); inter particulas verbum, quod ad utrumque membrum pertinet, positum est 27, 30, 35; complura vocabula interponuntur in § 7.

Veniamus ad Isocratem. ὥστε apud eum exstat fere quadringentis locis, in orat. I bis. οἷόν τε εἶναι his locis praesto est: [I, 48,] II, 15, 17, 25, 32; III, 7, 18, 22, 32; IV, 7, 8, 28, 95, 96, 102, 130, 146, 150, 173; V, 2, 8, 95, 101, 134, 138; VI, 30, 74, 79, 91; VII, 11, 37, 44, 56; VIII, 9, 24, 26, 28, 69, 72, 95; IX, 9, 24, 25, 48, 64, 74; X, 1, 19, 20, 47; XI, 2, 29; XII, 6, 22, 96, 110, 114, 130, 137, 169, 174, 179, 207; XIII, 13, 17; XIV, 9, 36, 51; XV, 8, 17, 37, 53, 70, 91, 114, 138, 176, 184, 205, 233, 252, 255, 299; XVI, 5; XVII, 24, 27, 29, 45, 48, 54; XVIII, 30, 41; XIX, 27, 28; XX, 14, 22; XXI, 4, 7, 10, 15. — Verbum εἶναι saepe omitti constat: si autem Isocrates id addidit, fere semper collocatio est οἷόν τε εἶναι; semel tantum invenimus positionem ἔστι δ' οὐχ οἷόν τ' ἀποτρέπειν (IV, 130), bis inter τε et verbum interpositum est ἄν: οἷός τ' ἂν ἦν (XVII, 48 et XXI, 15) et XIV, 36 scriptum videmus οἷόν τ' αὐτοῖς ἐπανελθεῖν ἐστιν. — ἐφ' ᾧτε praesto est uno loco (XVII, 19). Vocabulum ἅτε Isocrates non adhibuit. Neque igitur rectum asse-

cutos esse Engerum et Hirschium puto, qui IV, 64 (*φαίνονται δ' ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες ὥσθ' . . .*) scripserunt *φ. δ. ἡ. οἱ πρ. τούτων ἁπάντων διεν., ὥσθ' . . . .*

Particulam *τε* semel positam apud Isocratem quoque invenimus, sed semper ad *τε* altera particula refertur uno loco excepto (XVII, 41), ubi in cod. *Γ* legimus *πρὸς δὲ τούτοις εἰσφορᾶς ἡμῖν προσταχθείσης καὶ ἑτέρων ἐπιγραφέων γενομένων ἐγὼ πλεῖστον εἰσήνεγκα τῶν ξένων, αὐτός θ' αἱρεθεὶς ἐμαυτῷ μὲν ἐπέγραψα τὴν μεγίστην εἰσφοράν, ὑπὲρ Πασίωνος δ' ἐδεόμην . . . .* (v. *ξένων αὐτός τε καὶ οἱ ἐμοί. καὶ ἐμ.*) Fuhrius (l. a. pag. 359) de hoc loco dubitat („es wird wohl durch Einsetzung eines *τε* zu helfen sein"): ubi alteri *τε* locus sit non intellego. Quae cum ita sint non recte Bekkerus fecit, quod VIII, 101 cod. *Λ* secutus est: *ὥστε πολὺ ἄν τις ἀληθέστερα τυγχάνοι λέγων, εἰ φαίη τότε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς γεγενῆσθαι τῶν συμφορῶν, ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης παρελάμβανον, ἐκτῶντό τε δύναμιν οὐδὲν ὁμοίαν τῇ πρότερον ὑπαρχούσῃ.* *ΓΕ* praebent *γὰρ* pro *τε*. — XV, 124 *ΓΕΔ* tradunt *εἴ τε*, quod Bekkerus recepit, *Θ εἰ δέ*, quod Turicenses et Blassius praetulerunt: Eduardus Schwartz, praeceptor dilectissimus, *εἶτ' εἰ* hoc loco legendum esse conicit, quae lectio optime se habet. (XVII, 40 cod. *Γ* praebet *καὶ ταῦτά θ'*, ceteri libri omittunt *τε*, quod nullo modo ferri potest). — Sexies particulae *τε* respondet *δέ*: XII, 212 *ἔν τε τοῖς παισὶν εὐδοκιμεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν δ' εἰς ἄνδρας συντελῶσιν . . .* Bekkerus adnotat „malim *τε*", quod Blassius recepit. Sed defenditur hic locus duobus aliis: III, 32 *πρός τε γὰρ τοὺς πολίτας . . . . ἀβάτου δὲ τῆς Ἑλλάδος . . . . ἔτι δὲ καὶ . . . .* Fuhrius (pag. 347) legendum esse conicit *ἀβάτου τε*, cum apud Isocratem particulas *τε γάρ* semper sequatur *τε*, sed obstat huic coniecturae *ἔτι δέ*. Huc accedit quod XV, 232 legimus *ἐκεῖνός τε γὰρ προστάτης τοῦ δήμου καταστὰς . . . . μετὰ δὲ ταῦτα Κλεισθένης . . . . ἐπὶ δὲ τούτῳ Θεμ . . . . τὸ δὲ τελευταῖον Περ . . . .*, ubi Orellius coniecit *ἐκεῖνος*

μὲν γάρ. — IX, 15 cod. *ΓΖ* tradunt *καὶ κατ᾽ ἐκεῖνόν τε τὸν χρόνον . . . . ἐπειδὴ δὲ μετήλλαξε κτλ.*, quae lectio bene se habet; Blassius mutavit *δέ* in *τε* (cod. *ΔΕ* om. *τε*, *υ μέν*, quod Bekkerus legit). XII, 136 praebet cod. *Γ τε — δέ*, editores ceteros libros secuti receperunt *τε — τε*. Cf. praeterea XII, 144.

Coniunctio *μέν — τε* semel praesto est (XV, 274), (XV, 317 *Γ* et pr. *Δ διά τε*, ceteri *διὰ δέ*.)

Multo saepius Isocrates *τε* rettulit ad *οὔτε* vel *μήτε:* V, 59; VII, 50; VIII, 58; XII, 16, 28, 203; XV, 321; XVII, 23; XVIII, 36. — (XIX, 35 *ΓΕ μήτε — μήτε — δέ* . . . ., *Ξ* v. *τε*, quod Bekkerus recepit). XII, 29 ab his exemplis discrepat ea re, quod coniunguntur *οὔτε — οὔτε — τε — τε*, XIX, 34 exstat *οὔτε — τε — ἔτι δέ*.

Particulas *τε — τε* coniunctas invenimus his locis: IV, 137; V, 72, 80, 92, 104, 106, 108; VI, 24; VII, 6, 31, 70; VIII, 105, 138; IX, 5; XII, 14, 65, 116, 157, 162 (*Γ ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις . . . . νῦν δὲ* . . . ., v. *ἐν ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις . . . . νῦν τε)* 180, 193, 229, 239, 242; XIV, 46; XV, 32, 61, 95, 122, 146, 161, 170, 191, 204, 263; XVIII, 67; XIX, 37. — IV, 135 inter particulas *τε — τε* interposita est coniunctio *τε — καί: οἵ τε γὰρ ἀφεστῶτες πρὸς ἡμᾶς τ᾽ οἰκείως ἔχουσι καὶ Λακεδαιμονίοις σφᾶς αὐτοὺς ἐνδιδόασιν, τῶν τε μετὰ Τειριβάζου στρατευομένων κτλ.* *τε* ter positum exstat III, 25; V, 54; XII, 95; XV, 144. Ut Fuhrius pag. 594 sq. commemorat, Isocrates *τε — τε* praeter post *τε γάρ* non usurpavit, nisi propter hiatum in altero membro *καί* scribere vetitus erat: aut alterum *τε* post articulum ponitur. — Quod supra attuli apud Lysiam inter *τε — τε* legi *καί*, idem etiam apud Isocratem accidit.

In orat. I *τε — τε* praesto est bis (29 et 32).

Saepissime Isocrates particularum *τε — καί* coniunctione utitur. Loci hi sunt: II, 2, 3, 13, 19 (bis), 21, 28, 29, 54; III, 7, 10, 29, 63; IV, 3, 4, 8 (bis), 15, 17, 26, 28 (bis), 29 *(E)*, 31 (bis), 33, 34, 40, 43, 47 (bis), 49, 54,

73, 76, 85, 87, 99, 100, 119, 120, 135, 159, 173, 176, 179, 181, 186, 187, 188, 189; V, 2, 16, 21, 26, 27, 30, 34, 42, 43, 71, 87, 95, 97, 99, 103, 105, 110, 116, 122 (bis), 123, 126, 128 (om. *Γ*); 143, 149; VI, 18, 47, 49, 58, 61, 78 (bis); VII, 35, 61, 75, 84; VIII, 12, 19 (bis), 32, 34, 43, 54, 64, 69, 83, 94; IX, 1, 2, 16, 18 (bis), 20, 23, 26, 32, 33, 47, 53, 56 (om. pr. *Γ*), 56 (om. pr. *Γ*), 57; X, 11, 16, 19, 24, 25, 29, 31 (bis); XI, 4, 15 (ter), 17, 28, 31, 36, 40, 41; XII, 2, 5, 6 (bis), 8, 13, 18, 19, 25, 26, 42, 46, 47, 48, 61, 63, 71, 75, 83, 85, 94, 103, 105, 107 (bis), 108, 116, 119, 129, 137, 141, 145, 148, 149, 152 (bis), 153, 155, 158 (bis), 161, 165 (bis), 166, 170, 171, 189, 192, 196, 202, 207, 208, 211, 224, 230, 236, 237, 238, 247, 249, 252, 254, 259, 260, 265, 271 (bis); XIII, 3, 7, 9, 10; XIV, 9, 10, 29, 31; XV, 5, 42, 54, 65 (om. *ΓΔ*), 69, 77 (bis), 85, 97 (bis), 114, 132, 139, 141, 143, 146, 147, 157, 178, 180, 182, 188, 193, 207, 226, 232, 235, 237 (bis), 237 (add. Benseler), 251 (bis), 255, 275, 292, 309, 310; XVI, 1, 4, 8 (bis), 10, 32, 37; XVII, 5, 18, 19, 27, 29, 44, 48; XVIII, 2, 4, 6 (Fuhr.), 68; XIX, 3, 5, 6, 7, 19 (om. *Γ*), 38 (om. *Γ*), 42 (bis); XX, 1 (bis); XXI, 3, 13 (bis), 19.

Praeterea exstat formula *ἄλλως τε καί* II, 51; III, 35; IV, 57, 66, 106; V, 11, 45, 56, 79; VI, 3, 37; VII, 8, 73; VIII, 69; IX, 7; XII, 23, 37; XIV, 52; XV, 74, 81, 86, 104, 312; XVII, 36, 52; XVIII, 47. Commemorandum est Isocratem inter *ἄλλως τε* et *καί* nonnullis locis aliam particulam interponere: IV, 66 et IX, 7 *ἄλλως τ᾽ ἐπειδὴ καὶ*, V, 79 *ἄλλως ϑ᾽ ὅταν καὶ*, VI, 3 et XV, 81 *ἄλλως τε δὴ καὶ*, XV, 104 *ἄλλως τ᾽ ἢν καὶ*. — II, 51 scriptum videmus *ἄλλως τ᾽ ἐπειδὴ* omissa particula *καί*.

Quod attinet ad collocationem particulae *τε*, Isocrates eam inter articulum et nomen ponit; quo ab usu discrepat XV, 251 *τῶν ἀκμαζόντων τε μᾶλλον ἡγῶ καὶ τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος μὴ φροντιζόντων*. — Si ei verbo cum articulo, ad quod pertinet *τε*, praepositio addita est, particula post

praepositionem collocatur: cf. II, 19 *ἔν τε τοῖς προειρημένοις*, V, 2 *περί τε τῆς πόλεως ταύτης*. Aliter res se habet, si articulus abest, id quod fieri non solet nisi ante pronomina (praeter XXI, 19 *περὶ πλειόνων τε χρημάτων* et XIX, 42 *πρὸς μὲν οὖν Θρασύλοχόν τε καὶ*): IV, 135 *πρὸς ἡμᾶς τε*, IX, 15 *κατ᾽ ἐκεῖνόν τε τὸν χρόνον*, XII, 162 *ἐν ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις*, V, 126 *πρὸς ἡμᾶς τ᾽ αὐτούς*, VIII, 69 *ἐν ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις*, XII, 61 *ὑπὲρ αὐτῆς τε*, XII, 119 *περὶ ἧς τε*, 171 *περὶ αὐτῶν τε*, XIX, 38 *ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς*. Quae cum ita sint, non rectum assecutum esse contendo Fuhrium, qui dicit (pag. 334) XII, 129 *ὑπὲρ ταύτης τε καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων* mutandum esse in *ὑπέρ τε ταύτης*, cum tradita lectio a consuetudine sermonis Isocratei abhorreat: eam positionem, quam Fuhrius exspectat, solum XII, 6 invenimus *(περί τ᾽ ἐμαυτοῦ)*.

Articulus, qui ad ambo membra particulis *τε — τε* vel *τε — καί* coniuncta pertinet, semper in altero membro repetitur; loci, qui excepti sunt, omnes facile intelleguntur. IV, 85 *οἵ θ᾽ ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι*, VII, 61 *τούς τε προγόνους καὶ Λακ.*, XII, 249 *τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ Λακ.*: horum exemplorum certissima ratio est in ea re, quod alterum membrum est nomen proprium, ubi articulus ne poterat quidem poni. XV, 251 *τῶν ἀκμαζόντων τε μᾶλλον ἢ γὼ καὶ τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος μὴ φροντιζόντων*· XII, 259 *περὶ ὧν δεξιόντας οὐκ ἔστιν ὅπου οὐ καὶ σοῦ, τοῦ τ᾽ ἀθροίσαντος καὶ διαλεχθέντος οὕτω καλῶς περὶ αὐτῶν, μεμνήσεσθαι καὶ πολλὴν χάριν ἕξειν*: his quoque locis, quod de iisdem sermo est, articulus non poterat repeti. XII, 259 Isocrates eandem collocationem ac XV, 251 adhibuisset, nisi *τοῦ ἀθροίσαντός τε* propter hiatum reiciendum fuit.

De repetitione praepositionis in altero membro Isocrates certam legem non sequitur. Plerumque praepositio in priore tantum membro usurpatur, ut IV, 159 *ἔν τε τοῖς . . . ἄθλοις καὶ τῇ παιδεύσει*, nonnullis autem locis ea repetitur, ut XII, 5 *περί τε τῶν τῇ πόλει πεπραγμένων καὶ περὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς*, cf. XII, 6, 207; XIV, 9; XV, 292; V, 143; VI, 18.

In ceteris ea verba, quae ad ambo membra pertinent, aut ante prius aut post alterum membrum collocari solent. Interdum autem, si unum aut duo sunt, inter particulas ponuntur, ut VI, 49 *τεκμηρίοις ἄλλοις τε πολλοῖς χρώμενοι καὶ μάλιστα*, XIV, 10 *τάς τε μικρὰς τῶν πόλεων καὶ τὰς μεγάλας*, cf. XII, 108, 211, 230, 265; XV, 180 et saepius. Semel complura vocabula ita interponuntur: XII, 158 *πρὶν κύριον ἐποίησαν τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν εἰς τοὺς ἐσχάτους καταστῆσαι κινδύνους διὰ τῆς δυνάμεως τῆς Λακ., καὶ πάλιν τὴν ἐκείνων διὰ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας.*

Multo ab usu Graecorum discrepat, si particula *τε* addita est eis verbis, quae ad ambo membra pertinent. Hoc raro invenimus apud Isocratem et exempla omnia fere eodem modo conformata sunt. IV, 188 *διαλλάττειν τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων . . . .*, V, 30 *διαλλάξαι τήν τε πόλιν τὴν Ἀργείων καὶ τὴν Λακεδαιμονίων καὶ τὴν Θηβαίων καὶ τὴν ἡμετέραν*, cf. V, 99 *(E)*; XII, 158, 161; X, 29 *παραλιπεῖν τήν τε Σκίρωνος καὶ Κερκύονος καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παρανομίαν.* Exspectamus potius hanc collocationem *τὴν πόλιν τήν τε ἡμ.* (cf. XV, 42 *περὶ τοῦ βίου τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τῶν περὶ τὰς δίκας*, IV, 120 *τὰς συνθήκας τάς τ' ἐφ' ἡμῶν γενομένας καὶ τὰς νῦν ἀναγεγραμμένας*, V, 95 *περὶ τῆς παρασκευῆς διαλεκτέον εἶναι τῆς τε σοὶ γενησομένης καὶ τῆς ἐκείνοις ὑπαρξάσης*). — Alterum genus translationum particulae *τε* in hoc exemplo praesto est: XII, 155 cod. *Γ* praebet *τοὺς τὰ ἡμέτερα ἅμα τε θαυμάζοντας καὶ βασκαίνοντας καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένους*, ceteri libri omittunt *τὰ ἡμέτερα*; ut Fuhrius dicit, *ἅμα τε* apud Isocratem non invenitur; Benselerus scripsit *τοὺς τἀμά τε θαυμ.*, quod rectissimum mihi videtur.

VIII, 58 traditum est *ἐκεῖνοι μὲν ἐλευθερώσαντες τήν τε Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἄλλους αὐτονόμους ποιήσαντες ἡσυχίαν εἶχον*: editores *τε* omittunt, cod. *ΓE* particulam praebent teste Blassio, qui adnotat „num igitur *τήν τε Π. ἐλευθ?*"; hanc transpositionem Fuhrius quoque probat (l. a. pag. 337), sed tradita lectio rectissime se habet (cf.

XII, 271 *ἀλλὰ δηλῶσαι βουλόμενος τά τε περὶ ἐμὲ γεγενημένα, καὶ τῶν ἀκροατῶν ἐπαινέσαι μὲν τοὺς κτλ.*) Non aliter res se habet XII, 177 *τρίχα διείλοντο τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας ἀφείλοντο τοὺς δικαίως κεκτημένους*: Bekkerus et Turicenses particulam omittunt. Blassius post *τὰς χώρας* addit *ἅς*, Fuhrius mutavit *τάς τε πόλεις τρίχα διείλοντο καί*; neque vero est, quod cod. *Γ* lectionem mutemus (cf. Andocidem I, 17 *καὶ ἀπογράφει τούς τε ἄλλους, καὶ τὸν πατέρα ἔφη . . .*).

καί bis vel ter positum particulam *τε* saepe sequi et inter *τε — καί* alterum *καί* collocari supra commemoravi.

Singularis est coniunctio, quae praesto est V, 122 *ἀπαλλάξαι τε τοὺς ξενιτευομένους τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχουσι καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχουσι, καὶ πόλεις ἐξ αὐτῶν συστῆσαι καὶ* . . ., ubi inter *τε — καί* interpositum est *τε — καί* (cf. quod supra monui de IV, 135 *τε — τε — καί — τε*). — V, 26 *τῆς τε δόξης . . . . καὶ τῆς φωνῆς καὶ τῶν μεταβολῶν . . . . ἔτι δὲ τῶν καιρῶν κτλ*, ubi quartum membrum adiectum est particulis *ἔτι δέ*. IX, 32 *τε — καί — ἔτι δὲ — καί*.

Multo ab usu Graecorum aliena est coniunctio *καλός τε κἀγαθός*, quae exstat VI, 35 (*E Θ v*, om. *τε Γ*) et XV, 66 (*Γ*), qui locus exscriptus est ex VIII, 133, ubi omnes codices *τε* omittunt; nam fere omnibus locis scriptores Attici haec adiectiva adhibent in coniunctione *καλὸς κἀγαθός*, quae coniunctio quam innumerabilibus locis legatur nemo est qui nesciat: quin etiam novum ex ea substantivum *καλοκαγαθία* natum est. Illam inusitatam coniunctionem apud oratores non invenimus, nisi apud Antiph. I, 14 et apud Demosth. XVIII, 310. Cum locis Isocrateis optimus codex particulam non praebeat, *τε* interpolatum esse puto.

Praeter eos locos, quos attuli, in deterioribus codicibus saepe *τε* invenitur: II, 9; III, 56; V, 2, 27, 99 (*E*); VI, 34; VII, 7, 45, 78 (*E*); VIII, 2, 63, 73; IX, 29; X, 19; XI, 28; XII, 133, 260, 271; XV, 121 (*E*).

In orat. I coniunctio *τε—καί* exstat 1, 8, 13, 22, 25, 28, 34, 36, 44 (10 *υ*, 30 *Z*).

Isaeus *ὥστε* vocabulum circiter centies adhibet. *οἷόν τε εἶναι* exstat I, 25, 41, 51; II, 36; III, 68; IV, 1 (bis), 4, 11, 14; VI, 25, 54; VII, 11, 15, 37, 38; VIII, 39; IX, 5; X, 11, 12, 22; XI, 16, 22. Ut apud Isocratem, ita apud Isaeum semel (XI, 16) legimus collocationem *ἦσαν οἷοί τε*. I, 41 praesto est *οἷόν τε τοῦτ' ἔστι*, I, 51 *οἷόν τε ὑμῖν ἐστι*. Non usurpat Isaeus voces *ἐφ' ᾧτε* et *ἅτε*.

Particula *τε* semel posita, cui nulla altera respondet, Isaeus multo saepius utitur quam ceteri oratores: I, 12; VII, 7 (Sauppius *τε—τε*), 9 (bis), 10, 17 (Fuhrius *τε—τε*), 39; VIII, 16, 18, 19 (bis); X, 20; XI, 39. — III, 80 *καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ* . . . . verba, ut tradita sunt, ferri non possunt; delendum est aut *καὶ* (Fuhrius) aut *τε* (Turicenses). XI, 41 cod. A B praebent *ἐποιήσατο τῶν θυγατέρων αὐτοῦ μίαν, καὶ τόν θ' αὐτοῦ ἔδωκεν ἀγρὸν* . . . . recte Sauppius adnotat „vel *καὶ* vel *θ'* malim abesse“. V, 9 *ἀφείλετο δὲ τὴν Δημ. γενομένην γυναῖκα . . . . ἀφείλετο καὶ τὴν Κηφ. μητέρα κτλ.* Buermannus coniecit legendum esse *ἀφείλετό τε καὶ*, sed multo melior est coniectura Reiskii, qui scripsit *ἀφείλετο δὲ καὶ*. VIII, 2 *αἴτιον . . . . ἐστιν ἡ τούτων πλεονεξία τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων*: Turicenses post *τὸ* addunt *τε*, Reiskius *καὶ* ante *τὸ πλῆθος*.

Rarius adhibet Isaeus *τε* eo modo, ut ei non respondeat *τε* vel *καί*, sed alia particula. IV, 4 cod. praebent: *αὐτός τε γὰρ ἔλαχε τοῦ Σμίκρου Νικοστράτου, τούτοις δὲ τοῦ Θρασυμάχου λαχοῦσι* . . . ., ubi Fuhrius, quem Buermannus secutus est, *τε* in *δέ* mutavit, num recte fecerit, valde dubito, cum haec coniunctio apud oratores inusitata non sit. X, 25 in codicibus exstat: *ἀδελφὰς μὲν ἐξέδωκα, ὅσα ἐδυνάμην ἐπιδούς, κόσμιόν τ' ἐμαυτὸν παρέχων καὶ ποιῶν* . . . . *ἀξιῶ . . . . μὴ ἀποστερηθῆναι*. Editores Reiskium secuti receperunt *κόσμιον δ' ἐμαυτὸν* praeter Schoemannum, qui recte traditam lectionem servavit. — Coniunctionem

οὔτε — τε apud Isaeum non invenimus, restituit eam Bekkerus IX, 5 *οὐδ' αὐτὸς ἔξαρνος γένοιτο μεμαρτύρηταί τ' ὑμῖν.*

Particulis *τε — τε* coniunctis Isaeus non saepe usus est: I, 30, 50; III, 21; VI, 65; VII, 7, 16; VIII, 1, 7. Tria membra particula *τε* coniuncta sunt VI, 38 et VII, 34.

Particularum *τε — καί* coniunctio exstat his locis: I, 15, 20, 32; II, 1, 2, 4 (bis), 7, 9, 10 (Q *γε*, om. cet., Bekker Turic. *τε*), 12 (ter), 17, 18 (bis), 26 (bis), 29, 33, 34, 36 (bis), 37, 45 (bis); III, 4, 5, 6, 9, 12, 15, 17, 54; IV, 1, 22; V, 3, 8, 13, 14, 16; VI, 1, 2 (bis), 7, 16, 47, 55 (editores); VII, 4, 13, 15, 17, 18, 19, 38; VIII, 5, 10, 14, 16, 37, 45; IX, 7, 15, 36, 37; X, 9, 15; XI, 1, 7, 12, 20 (bis); XII, 3, 5, 7.

Praeterea formula *ἄλλως τε καί* praesto est III, 46, 56, 58, 69, 70, 71; VII, 42. III, 69 collocatio est *ἄλλως τε εἰ καί.*

Ponit Isaeus particulam *τε* plerumque inter articulum et nomen. Excepti sunt hi loci: VI, 38 *ἅμα τε τὰ μέγιστα ὑμῖν λειτουργεῖν ἀμφοτέρους καὶ τῶν τε ἀρχαίων μηδὲν πραθῆναι τῶν τε προσόδων περιποιεῖν,* ubi Fuhrius *τά τε* scribere mavult. Sed VIII, 16 legimus *τῷ Διί τε θύων.* De VII, 17 vide infra.

Si vocabulo cum articulo, ad quod *τε* refertur, praepositio addita est, particula inter praepositionem et articulum ponitur (cf. III, 17 *ἔκ τε τῶν μαρτυριῶν*) praeter VII, 15; si articulus abest, *τε* plerumque post nomen locum suum habet: V 13 *ὑπὲρ ἡμῶν τε,* VII, 9 *ἐξ εὐπόρου τε, εἰς Κόρινθόν τε,* VII, 34 *ἐν ἀρχῇ τε,* VIII, 5 *μετ' εὐνοίας τε,* VIII, 16 *μετ' ἐκείνου τε*; bis autem orator scripsit *περί τε τούτων* (III, 9 et VIII, 10).

Articulum et praepositionem, quae ad ambo membra pertinet, Isaeus repetit: II, 7 *τήν τε ἡλικίαν . . . . καὶ τὴν ἀπαιδίαν,* 12 *ἥ τε ἡλικία καὶ ἡ παροῦσα ἐρημία,* cf. praet. II, 17, 45; III, 6; XII, 5; neque igitur recte cod. A lectio se habet, qui II, 26 *τοῖς τε γὰρ νόμοις καὶ τοῖς δικαίοις*

καὶ . . . . ante *δικαίοις* omittit *τοῖς*. — III, 17 *ἔκ τε τῶν μαρτυριῶν* . . . *καὶ ἐκ τῶν εἰκόνων*; III, 54; V, 13; VIII, 10. — X, 15 scriptum videmus *ἔκ τε τῶν εἰρημένων καὶ μεμαρτυρημένων καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων* . . . , qui locus ab hoc usu alienus non est; nam *τῶν εἰρημένων καὶ μεμαρ.* unam notionem efficiunt. Exempla quae ab hac lege discrepant, facile intelleguntur: VII, 17 *τῶν φρατέρων τε καὶ γεννητῶν* et VII, 15 *εἰς τοὺς γεννήτας τε καὶ φρατέρας*.

Translationes particulae *τε* apud Isaeum quoque inveniuntur. VIII, 1 *οὗτοί τε τοῦ κλήρου λαγχάνουσιν ὡς ἐγγυτάτω γένους ὄντες, ἡμᾶς τε ὑβρίζουσιν ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνου θυγατρὸς ὄντας*, ubi Reiskius transposuit *τε* post *τοῦ*. Negari non potest iustum suum locum particulam habere post *τοῦ*, neque vero mutandum est. Nam eandem solutiorem positionem legimus II, 1 *βοηθεῖν τε τῷ πατρὶ τῷ ποιησαμένῳ καὶ ἐμαυτῷ*, ubi Bremius, quem secuti sunt Bekkerus et Buermannus, mutavit *τῷ τε πατρὶ* . . . ; II, 36 *καὶ ἐγὼ μὲν ὁ ποιητὸς ἐκεῖνόν τε ζῶντα ἐθεράπευον* . . . *καὶ τελευτήσαντα ἔθαψα*, ubi particulam exspectamus post *ζῶντα*; XI, 12 *ἐμοῦ τε ζῶντος καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔχοντος* (Buermannus perverse legit *ζῶντος ἐμοῦ τε*): haec exempla ita se habent, ut ei verbo, quod pertineat ad ambo membra, particula artificio quodam scriptoris addita sit. Schoemannus (ad Isaeum pag. 326) dicit: „talis scriptorum negligentia mihi quidem parum verisimilis videtur, neque dubito, quin illi loci corrigendi sint.“ Sed cf. exempla, quae attuli ex ceteris oratoribus. — Simile est, quod exstat XII, 7 *ἡ μήτηρ ἀστή* (Reiskius, *αὐτή* libri) *τέ ἐστι καὶ ὁ πατήρ*, ubi in altero membro intellegendum est *ἀστός*. Exspectamus *ἥ τε μήτηρ* . . . . — Alia forma translationis particulae haec est: VI, 2 *ἐξ ὧν ὑμεῖς τά τε εὔορκα ψηφιεῖσθε καὶ τούτοις τὰ δίκαια γενήσεται*, ubi Reiskius mutavit in *ὑμεῖς τε τὰ εὔορκα*. Huc referendum est III, 15 *ἵνα εἰδῶσιν ὅτι ἑταίρα τε ἦν τοῦ βουλομένου, καὶ ὅτι οὐδ' ἐξ ἑνὸς ἄλλου φαίνεται τεκοῦσα*, quo loco recta collocatio est *ὅτι τε* (cf. VIII, 45 *ἔχετε δὲ πίστεις ἱκανὰς* . . . .

ὅτι τ' ἐσμὲν ἐκ θυγατρὸς γνησίας Κίρωνος καὶ ὅτι προσήκει ἡμῖν . . . .) cf. II, 34 — V, 10 (καὶ γὰρ τούτων τε ἅμα καὶ ἐπίτροπος καὶ κύριος καὶ ἀντίδικος ἦν) recte Reiskius τε delevit, quod nullo modo intellegi potest.

Lycurgus τε particulam non saepe usurpavit: ὥστε apud eum invenimus undetricies, οἷόν τε εἶναι semel (49), numquam vocabula ἐφ' ᾧτε et ἅτε. Neque τε semel positum ad enuntiata coniungenda adhibuit neque particulas τε — τε coniunctas, sed pro his, id quod apud optimos scriptores Atticos usitatissimum est, semper τε — καί utitur. Loci hi sunt: 5, 10, 13, 14 (bis), 15, 22, 33, 35, 50, 56, 74, 87, 100, 112, 113. Praeterea ἄλλως τε καί exstat bis (29 et 74).

Locum suum habet particula apud Lycurgum inter articulum et nomen aut inter praepositionem et articulum; uno loco, quo praepositionem articulus non sequitur, collocatio est ἐξ ἄλλων τε πολλῶν (35). Itaque falsa est coniectura Pinzgeri, qui 95 τοῦτον δὲ (sc. τὸν ῥύακα πυρὸς) ῥεῖν φασιν ἐπὶ τὴν ἄλλην χώραν καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινὰ τῶν ἐκεῖ κατοικουμένων post ἐπὶ τὴν addit particulam τε, quae potius, si scribere eam volumus, cum Baitero ponenda est post ἐπί. Neque vero, cum hic alterum membrum particularum coniunctione καὶ δὴ καί prematur, illud τε ullo modo desideramus. — Articulus et praepositio, quae ad utrumque membrum pertinet, semper in altero membro repetitur; cf. 10 ἥ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά, 35 ἐξ ἄλλων τε πολλῶν καὶ ἐκ τοῦ μὴ δέξασθαι.

Tria exempla in Leocratea invenimus, in quibus Lycurgus particulam τε multo liberius et inusitatius collocat. 14 ἐπιφανής τε γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἣν ἐποιήσατο κτλ. Antea orator iudices admonuit, ut meminissent causam Leocratis aliarum causarum privatarum similem non esse; nam illum omnibus Graecis notum esse, quamobrem omnium oculi in rei exitum

conversi essent. Tum pergit *ἐπιφανής τε γάρ ἐστι κτλ.* Luce clarius est particulam *τε* ad adiectivum *ἐπιφανής* pertinere non posse; nam hoc enuntiatum cum eo, quod antecedit, particula *γάρ* coniungitur. Huc accedit, quod Lycurgus *τε* non utitur nisi *καί* ei respondet. Quibus causis Reiskius et Bekkerus, quibuscum viris doctissimis etiam Fuhrius (l. a. pag. 595) consentit, commoti esse videntur, ut illud *τε*, quod in omnibus codicibus scriptum videmus, omitterent; alii editores eos secuti non sunt, et mea quidem sententia optimo iure. Neque enim hic locus comparari potest cum [Lys.] II, 17 et Demosth. XIX, 159, sed sine dubio particulae *τε* respondet *καὶ (τὴν ἀπαγγελίαν)*, ita ut *τε* non ad *ἐπιφανής* sed ad *διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον* referatur. Concedendum est hanc particulae collocationem multo ab usu Graecorum differre: nam exspectamus *τε* non post *ἐπιφανής* sed post praepositionem *διά*. Defenditur hoc exemplum non solum iis, quae supra attuli, sed etiam in hac oratione eadem solutior positio duobus aliis locis exstat: 56 *εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι;* Neque enim hic particula *τε* pertinet ad *κατεγνώκει,* post quod orator eam collocavit, sed coniungit membra *προδεδωκέναι τὴν πατρίδα* et *μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι.* Non aliter res se habet 113 *τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι ἔξω τῆς Ἀττικῆς,* ubi *τε*, cum iustum suum locum habeat post *ἀνορύξαι*, artificio quodam scriptoris verbo *τὰ ὀστᾶ* additur.

Unum exemplum orationis, quae apud Homerum et poetas saepius, in oratione autem soluta rarius invenitur, apud Lycurgum scriptum videmus, quod in altero membro enuntiati particulis *τε — καί* coniuncti non verbum finitum sed participium legitur: 100 *διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι.* Quamquam eiusmodi anacoluthon, ut modo diximus, in oratione soluta rarissime adhibetur, tamen dubitamus Bekkerum sequi, qui in editione sua adnotat „aptius fortasse *ἦν*“.

Apud Hyperidem[1] *ὥστε* vocabulum praesto est quater decies, *οἷόν τε εἶναι* bis (pro Lys. 15, 2 et pro Eux. 36, 3). *τε*, cui altera particula non respondet, exstat solum in Epit. epil. *ἀλλ' εὐδοξίαν ἀγήρατον εἰλήφασιν εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα.* — Coniunctio *οὔτε—τε* invenitur pro Eux. 26, 24 *οὐ Λυκοῦργον ἐκάλεις συγκατηγορήσοντα, οὔτε τῷ λέγειν οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ πόλει καταδεέστερον ὄντα, παρὰ τούτοις τε μέτριον καὶ ἐπιεικῆ δοκοῦντα εἶναι;*

Ut Lycurgus ita Hyperides coniunctione *τε—τε* particularum non utitur, sed earum loco semper *τε—καί* adhibet. Loci hi sunt: in Demosth. 16, 11; 16, 15; pro Lyc. 3, 12; 5, 10; 8, 12; 13, 22; pro Eux. 36, 2; 45, 9; 49, 3; Epit. 2, 15. Haec exempla codicibus tradita sunt. Praeterea viri docti *τε—καί* restituerunt Epit. 1, 3 (Cobet Sauppe Blass.); pro Eux. 42, 25 (Cobet); in Demosth. 27, 18 (Boeckh); 27, 22 (Babington); 37, 9 (Sauppe). — Formula *ἄλλως τε δὴ καί* exstat pro Lyc. 12, 13.

Quod attinet ad collocationem, Hyperides semper particulam inter articulum et nomen ponit: pro Lyc. 3, 12 *τήν τε εἰσαγγελίαν,* 8, 12 *τούς τε μέλλοντας.* Praepositionem, quae ad ambo particulis *τε—καί* coniuncta membra refertur, orator bis ponit; *τε* locum suum habet inter praepositionem et articulum: in Demosth. 16, 11 *περί τε τῶν φυγάδων καὶ περὶ τοῦ τοὺς κοινοὺς συλλόγους,* pro Lyc. 13, 22 *ὑπό τε τῶν ἱππέων . . . καὶ ὑπὸ τῶν συναρχόντων.* — pro Eux. 26, 24 scriptum videmus *παρὰ τούτοις τε.*

Aeschines quoque *τε* raro adhibuit. *ὥστε* apud eum exstat plus quam quinquagies, *οἷόν τε εἶναι* quater (I, 30, 96; II, 6, 155), *ἐφ' ᾧτε* bis (III, 114, 183); vocabulum *ἅτε* non usurpat.

τε, cui altera particula non respondet, ad enuntiati membra coniungenda usurpatur III, 87. Quater *τε* ita adhibetur, ut referatur ad *οὔτε* vel *μήτε*: I, 186, III, 56,

[1] In versibus afferendis sequor editionem alteram Friderici Blassii.

129. Huc referendum est I, 136 *ἐγὼ δ' οὔτ' ἔρωτα δίκαιον ψέγω, οὔτε τοὺς κάλλει διαφέροντάς φημι πεπορνεῦσθαι, οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς καὶ ἔτι καὶ νῦν εἶναι, τάς τ' ἐκ τοῦ πράγματος γιγνομένας πρὸς ἑτέρους φιλονικίας καὶ μάχας οὐκ ἀρνοῦμαι μὴ οὐχὶ συμβεβηκέναι μοι,* quo loco particulae *τε* non respondet *καί*, quod sequitur, sed coniunguntur *οὔτε — τε.*

III, 80 cod. praebent *ὡς γὰρ . . . . Φίλιππος παρῆλθε καὶ τάς τ' ἐν Φωκεῦσι πόλεις παραδόξως ἀναστάτους ἐποίησε, Θηβαίους δὲ . . . . ἰσχυροὺς κατεσκεύασεν, ὑμεῖς δὲ* (c d, cet. libri *τε*) *κτλ.*, quo loco Reiskius nulla re cogente traditam lectionem *τε* mutavit in *μέν*. Hanc membrorum coniunctionem apud oratores inveniri supra commemoravi; praeter hunc locum eam legimus in cod. d f I, 45 *ἃ δέ ἐστιν ὑμῖν τε ἀκούουσι γνώριμα ἀκίνδυνα δὲ τῷ μαρτυροῦντι καὶ μὴ αἰσχρά, ταῦτα γέγραφα:* hic quoque Wolfius et Reiskius scripserunt *μέν*, quod editores receperunt. Neque vero intellego, cur mutemus.

τε — τε exstat I, 116; II, 81, 145; III, 2, 97. — *τε — καί* I, 1, 2, 43, 53, 57, 59, 60, 63, 94, 102, 103; II, 1, 24, 34, 35, 47 (bis), 71, 87, 131, 134, 169; III, 3, 9, 52, 57, 85, 90, 91, 115, 121, 132, 238 (compluribus locis codices non consentiunt). Collocat Aeschines particulam semper inter articulum et nomen aut inter praepositionem et articulum. — Articulus, qui ad utrumque membrum pertinet, plerumque bis ponitur; omittitur bis (I, 43 et III, 91). — Praepositio repetitur in altero membro III, 121 *κατά τε τῶν ἀσεβησάντων . . . . καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρεψάντων,* omittitur II, 47 *περί τε τῆς ἐντεύξεως τῆς Φιλίππου καὶ τῆς ἰδέας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπιδεξιότητος.*

Liberiores particulae *τε* collocationes apud Aeschinem quoque invenimus, sed bis de tradita lectione dubitari potest, cum libri valde inter se dissentiant. II, 34 orator facit verba de legatione Atheniensium ad Philippum et illudit Demostheni, quod apud regem in dicendo defecerit, quippe qui se disertum esse gloriatus esset. Hoc loco

codices e k l scribunt: *φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιόν τε τεθνηκός τι καὶ σκοτεινὸν δειλίᾳ . . . .*, eandem collocationem cod. s praebet *προοιμ. τε σκοτειν. καὶ τεθν.*, ceteri libri aut *τε* omittunt aut in iusto suo loco ponunt. II, 87 legimus *ἐξώλη τ᾽ αὐτὸν εἶναι ἐπαρᾶσθαι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ, τοῖς δὲ δικασταῖς εὔχεσθαι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ εἶναι;* Neque vero hic locus melius traditus est quam quem modo attuli, nam e k l f s particulam omittunt.

Rarissimus particulae *τε* usus est apud Dinarchum. Atque primum quidem *ὥστε* invenitur in orat. I novies, in orat. II sexies, non exstat in orat. III. Vocibus *οἷόν τε εἶναι, ἐφ᾽ ᾧτε, ἅτε* Dinarchus non utitur; quae cum ita sint recipere non possumus coniecturam Turicensium editorum, qui I, 89 (*τετρακόσια γὰρ τάλαντά ἐστι καὶ ἑξήκοντα ἤδη εὑρημένα, ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τουτοισὶ ἀναθεῖναι*) pro *οἴεσθε* legendum esse *οἷόν τ᾽ ἔσται* putant. Malo cum Reiskio scribere *οἴεσθε δεῖν.*

Ut Lycurgus ita Dinarchus neque particulam *τε* semel positam neque coniunctionem *τε — τε* adhibet. Neque enim codicum scripturam II, 23 *πρός τ᾽ αὐτὸν* tolerari posse nemo non intellegit; sine dubio Reiskii emendatio *προστάττον* recta est.

Atque etiam particularum coniunctio *τε — καί* raro praesto est: inveniuntur quattuor tantum exempla in orat. I, cum in orat. II et III particula *τε* omnino non adhibeatur. Loci hi sunt: I, 6, 12, 82, 86 (om. cod. N). Quod attinet ad collocationem, legimus 12 *περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγων*, 82 *περὶ αὐτοῦ τε καὶ ὑμῶν.*

Formula *ἄλλως τε καί* Dinarchus usus non est.

Pergamus ad Demosthenem. Atque primum quidem *ὥστε* apud eum invenimus plus quam trecenties. *οἷόν τε εἶναι* exstat I, 26; II, 17; IV, 37; VIII, 75 (bis); XIV, 2, 10, 25; XV, 15; XVI, 18 (bis); XVII, 6; XIX, 6, 76,

101, 173, 258, 303; XX, 1, 23; XXI, 6, 14, 19, 85, 116, 218; XXII, 1, 22; XXIII, 77, 78, 107 (bis), 170 (*τε* om. pr. *Σ A Y Ω*), 208; XXIV, 88, 204; XXVII, 30, 54; XXVIII, 8; XXIX, 42; XXX, 2, 10, 19, 24, 28 (bis), 31; XXXII, 11; XXXVI, 3, 6, 52; XXXVII, 3, 25, 49, 58; XXXVIII, 10, 21; XLI, 14, 30; XLV, 2, 3, 38, 41, 47, 81; LIV, 2, 15, 37. — *εἶναι* Demosthenes quoque saepe omittit, numquam autem inter *οἷόν τε* et *εἶναι* vocabulum ponit. — *ἐφ᾽ ᾧτε* invenimus solum XLI, 4; *ἅτε* praesto non est. In spuriis orationibus *ὥστε* circiter ducentis locis exstat; *οἷόν τε εἶναι* legitur VII, 19 (*οἷόν τε ὑμῖν ἐστιν), 19*, 25; X, 55 codices fluctuant: pr. *Σ* F praebent *οἷόν τε*, ceteri libri *οἴονται*. Utraque lectio ferri potest; monendum autem est in orat. X *τε* particulam non exstare nisi iis locis, qui ex orat. VIII sumpti sunt; XXVI, 5; XXXIV, 52; XXXV, 6, 30, 43; XL, 22; XLIII, 2, 15, 32, 81; XLIV, 35; XLVII, 34; XLVIII, 2, 5, 6; XLIX, 36; L, 7 (bis), 60; LIII, 5, 20; LVI, 50; LIX, 73, 78, 79 (bis); LXI, 15. — *ἐφ᾽ ᾧτε* invenimus XXVI, 13 et in orat. LVI quinquies (3, 5, 20, 42, 49). — Vocabulum *ἅτε* praesto est uno loco XLII, 24.

Particula *τε* semel posita Demosthenes quoque utitur, sed uno loco excepto (XIX, 159) illi particulae semper altera respondet. Praeter *τε — τε* et *τε — καί* apud eum invenimus tantum coniunctionem *οὔτε* vel *μήτε — τε*: I, 10; IV, 51; XVIII 216, 293; XIX, 16, 123, 132; XX, 76; XXIV, 29, 74; XXXII, 19, 20; XLI, 4; LIV, 26; LV, 8, 13; LVII, 14. — XXXVII, 35 traditum est *καὶ γὰρ ἐκ τούτου δείξειν οἴομαι οὐκ οὖσαν εἰσαγώγιμον τὴν δίκην, χάριτός τε ὢν μᾶλλον ἄξιος ἢ τοῦ συκοφαντεῖσθαι,* quo loco Fuhrius sine dubio recte mutavit *οὐκ* in *οὔτε*. Huc referendum est LV, 26, qui locus ab iis, quos modo attuli, alienus est ea re, quod hic ex quattuor membris primum et secundum *μήτε — μήτε* particulis discernuntur, tertium et quartum adnectuntur *τε — τε* (*μήτ᾽ ἐξ ἀρχῆς ὁ πατὴρ ἠδίκει . . . , μήθ᾽ οὗτοι . . . . ἐνεκάλεσαν . . . , οἵ τ᾽ ἄλλοι . . .*

ἐγκαλοῦσιν ἐμοί, πάντες θ' ὑμεῖς . . . . εἰώθατε). Similia exempla praesto sunt XXIII, 137 *(μήτε — τε — τε)* et XIX, 307 *(μήτε — μήτε — μήτε — τε — τε — οὕτω δέ).*

Ab hoc usu multo discrepat, quod scriptum videmus XIX, 159 initio enuntiati *τήν τε γὰρ εἰρήνην . . . .*, ubi particulae *τε* nulla alia respondet neque *τε* ad enuntiationes coniungendas necessarium est. Schaeferus in apparatu critico et exegetico II, pag. 579 monet *τε γάρ* absolute intellegi oportere, ut valeat i. q. *καὶ γάρ* „etenim"; num hoc rectum sit dubito. Quomodo *τε* interpretari possimus in medio relinquo. Conferendum est cum hoc loco [Lys.] II, 17.

In iis orationibus, quas a Demosthene profectas non esse si non omnes consentiunt at tamen multi viri docti putant, particulae *τε* usus saepe a genuinis scriptis alienus est. Atque primum quidem *τε* ad enuntiata coniungenda, id quod apud Demosthenem non accidit, usurpatur XL, 8; XLIV, 31; XLVI, 15; XLIX, 27; in orat. LIX quinque eiusmodi exempla exstant (38, 63, 67, 73, 115). — XL, 34 . . *ἧκεν αὐτὸς ἐπὶ τὸ δικαστήριον δοκιμασθησόμενος, δίκην τε ἐξούλης ὠφληκώς, ταύτην οὐκ αὐτὸς ὠφληκέναι φησίν, ἀλλ' ἐμέ.* Pro *δίκην τε* praebet cod. *Σ δίκην δέ*, quod receperunt Turicenses; equidem cum Bekkero et Blassio *τε* praefero. — XXXIV, 41 (*πρός τε τούτοις*) rectum assecutum esse puto Fuhrium, qui mutavit *τε* in *δέ*. — Coniunctionem *οὔτε — τε* invenimus XXXIV, 40, 46; XXXV, 25; XL, 10, 31, 44; L, 38, 53, 65; LIII, 24; LVI, 20, 34; LXI, 51. — Singulare est, quod exstat LIX, 67 *οὔτε γὰρ Στεφάνου θυγατέρα αὐτὴν εἶναι, ἀλλὰ Νεαίρας, τήν τε μητέρα αὐτῆς συνειδέναι πλησιάζουσαν αὐτῷ, ἀνηλωκέναι τε πολλὰ εἰς αὐτάς, τρέφειν τε, ὁπότε ἐπιδημήσειε, τὴν οἰκίαν ὅλην*, ubi unum *οὔτε* sequitur particula *τε* ter posita.

In Hegesippi oratione de Halonneso VII, 39 traditum est: *περὶ δὲ Χερρονήσου ἅ τ' ἐπιστέλλει πρὸς ὑμᾶς ἄξιόν ἐστιν ἐξετάσαι, ἔτι δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι.* Quibus in verbis multi viri docti haeserunt: Reiskius et Augerus

τε mutaverunt in *μέν*, Weiskius scribendum esse coniecit *ἅ τινα ἐπιστέλλει*. Sed omnes coniecturae inanes sunt: nam particulae *τε* respondet hoc loco *ἔτι δέ*, quam membrorum coniunctionem ab oratoribus usurpatam esse vidimus. Non aliter res se habet XI, 16 *παρά τε γὰρ τῶν προγόνων . . . ἔτι δὲ τοσούτῳ πλείους κτλ.* VIII, 50 codices discrepant: *Σ* praebet *εἰ δὲ μηδενὶ τοῦτο μήτε δοκῆι, τὀυναντίον δὲ πρόϊσμεν ἅπαντες*, cod. *Υ Ω εἰ δὲ μηδ. μὲν τ. δοκεῖ, τ. δὲ*, pro *τοὐναντίον δὲ* prima manus cod. B et F legit *τε*. Idem locus ad verbum fere iterum invenitur in quarta oratione in Philippum (X, 26) quam a Demosthene omnes abiudicant. Hic omnes libri et omittunt *μήτε* et scribunt *δέ*, quam lectionem Bekkerus VIII, 50 restituit. Hoc rectissimum mihi videtur. Turicenses VIII, 50 scripserunt *μηδὲ — δέ*, Blassius utroque loco legit *εἰ δὲ μήτε τ. δ., τ. τε*, sed hanc mutationem audaciorem esse puto, quam ut recipiamus.

Particularum *τε — τε* coniunctionem Demosthenes non saepe adhibet: IV, 35; IX, 16, 69; XVIII, 85; XX, 16, 50; XXI, 43, 197, 205; XXIV, 8, 156; XXV, 88; XXVII, 41, 61; XXVIII, 11; XXIX, 18; XXX, 3 (recte *τε* addidit Reiskius), 6. 10, 11, 33; XXXI, 7; XXXIX, 38; XLI, 5; LVII, 12. — *τε — τε — τε* exstat XXI, 26, 223. — Quin etiam XXVII, 16 *τε* quater repetitur. Non decipi debemus, quod interdum inter *τε — τε* interpositum est *καί*, quod non refertur ad *τε*, sed priori membro aliquid adnectit: XXVII, 16 *καίτοι εἰ φανήσεται πρός τε τὸν Δημοχάρη ταῦθ᾽ ὡμολογηκὼς καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους οἳ παρῆσαν, παρά τε τοῦ Δημ. καὶ τοῦ Θηρ . . . . . εἰληφώς, αὐτός θ᾽ ἑαυτὸν . . . . οἰκῶν τε . . . .*: primo obtutu videntur coniungi *τε — καί* particulis *πρός τε τὸν Δημ. . . . καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους . . .* sed re vera exstat coniunctio *τε — τε — τε — τε* cf. XXXI, 7. Aliter res se habet LVII, 12 *ἀξιοῦντος δέ μου ἀναβαλέσθαι εἰς τὴν ὑστεραίαν, διά τε τὴν ὥραν καὶ τὸ μηδένα μοι παρεῖναι τό τε πρᾶγμ᾽ ἄφνω προσπεπτωκέναι . . . .*, ubi coniunctionem *τε — καί — τε* praesto esse negari non potest.

In spuriis orationibus *τέ — τε* invenimus VII, 5, 13; XXXV, 22, 30, 32; XLII, 13, 27; XLIV, 28, 42; XLVII, 81; XLIX, 23; L, 11, 14, 64; LIII, 3, 4, 6, 8; LVI, 15; LVIII, 21; LIX, 33, 77, 83. — Quod L, 25 scriptum videmus dignum est quod consideremus . . . . *καθ' ἕκαστον αὐτῷ διεξιὼν τούς τε μισθοὺς τοὺς τῇ ὑπηρεσίᾳ καὶ τοῖς ἐπιβάταις κατὰ μῆνα διδομένους, τοῖς τε ναύταις οὓς αὐτὸς ἐκ τῆς Λαμψάκου ἐμισθώσατο, καὶ τοῖς ὕστερον ἐπεμβᾶσιν ἀντὶ τῶν ἀπολιπόντων, ἔτι δὲ ὃ τῶν ἀρχαίων ναυτῶν ἑκάστῳ προσέθηκα δεηθέντι . . . . καὶ τἄλλα, ὅσα ἦν κτλ.* Particulam in iusto suo loco positam non esse facile intellegimus; neque enim pertinet ad *τοὺς μισθοὺς* sed ad *τῇ ὑπηρεσίᾳ*. Singularis quoque est coniunctio, qua orator hic utitur (*τε — τε — καί*). Sed hic locus aliter etiam explicari potest: ad *τούς τε μισθοὺς* referre possumus *ἔτι δὲ ὃ . . . . προσέθηκα*. —

Multo saepius, quam particularum coniunctione *τε — τε* Demosthenes utitur *τε — καί*. Loci hi sunt: I, 5, 17, 20; II, 5, 15, 20; III, 1, 23, 25, 33; IV, 4, 49; V, 5, 17; VIII, 60, 67; XIV, 6, 14; XV, 10, 24, 31; XVI, 27; XVIII, 1 (bis), 5, 8 (bis), 25, 37, 93, 105, 109, 110, 169, 210, 216, 245, 286, 297, 310; XIX, 17, 23, 53, 83, 98, 139, 140, 147 (bis), 153, 166, 222, 226, 272, 287, 305, 343; XX, 2, 18, 34, 55, 78, 90, 97, 114, 119, 130, 147, 149, 154, 166; XXI, 5, 10, 14 (bis), 27, 55, 106, 126, 129, 140, 176, 180, 224; XXII, 1, 16, 22; XXIII, 4, 6, 10, 13 (bis), 17, 21, 23, 30, 39, 45, 51, 78, 79, 104, 108, 126, 132, 151, 159, 170 (bis), 199; XXIV, 8, 12, 32, 36, 70, 83, 96 (bis), 99, 129, 215; XXV, 17, 47, 69, 88; XXVII, 3, 4, 5, 7, 13 (bis), 14, 17, 25, 32, 33, 34, 45, 46, 49, 50, 59, 60, 66; XXVIII, 3 (bis), 8, 15, 16 (bis); XXIX, 21, 35, 39, 45 (= XXVII, 45); XXX, 6, 7, 15, 32, 35 (bis); XXXII, 2, 8, 25, 26, 29; XXXVI, 3, 15, 24, 25, 27, 35, 40, 61; XXXVII, 3, 4, 5, 8, 9, 48; XXXIX, 2, 37; XLI, 21; XLV, 2, 5, 26, 45, 57, 59, 88; LI, 3; LIV, 39 (bis); LV, 10, 11, 27, 30, 35; LVII, 1, 8, 25 (bis), 41, 63.

Praeterea exstat formula *ἄλλως τε καί* I, 5; III, 12; VIII, 1; XVI, 24; XVIII, 5; XX, 144; XXIV, 139; XXXVI, 54; XLI, 17. — Inter *τε* et *καί* interpositum est *εἰ* XLI, 17.

Particula *καί* saepius posita particulae *τε* respondet multis locis.

Quod attinet ad collocationem particulae *τε*, Demosthenes, si vocabulo, ad quod *τε* pertinet, articulus additus est, *τε* inter articulum et nomen ponere solet. cf. XVIII, 1 *τῇ τε πόλει*, 8 *τοῦ τ᾽ ἰδίου βίου*. Decies autem paullo neglegentiorem verborum positionem usurpavit: XVIII, 110 *τὸ γὰρ ὡς τἄριστά τ᾽ ἔπραττον*, XXI, 176 *τὴν δίκην τε πᾶσαν*, XXI, 224 *οἱ νόμοι θ᾽ ὑμῖν*, cf. XX, 114; XXIII, 13; XXIV, 8, 83, 210 (om. *Σ*); XXX, 15. — XIX, 343 *τοῖς δὲ δικαίοις τε παρέχουσιν*.

Si *τε* refertur ad vocabulum, cui praepositio cum articulo addita est, *τε* suum locum habet inter praepositionem et articulum: cf. XX, 90 *ἔν τε τῇ βουλῇ*, III, 25 *ἔν τε τοῖς κοινοῖς*, XXI, 126; XXIII, 10, 30, 137 etc. Exceptus est unus locus XXVII, 59 *πρὸς τὸν χρόνον τε καὶ τὴν ἐκείνου μίσθωσιν*. Quod *τε καί* nullo alio verbo discernuntur, id quod ut apud ceteros oratores ita apud Demosthenem raro accidit, Fuhrius (l. a. pag. 581) de hoc exemplo dubitat. Mea quidem sententia scribendum est *πρός τε τὸν χρόνον*. — Quae cum ita sint valde dubito num Blassius recte fecerit, quod XXXVII, 8 traditam lectionem *παρά τε τοῦ πεποιηκότος δίκαιός ἐστι δικὴν λαβεῖν*, ut vitaret tres breves syllabas, mutavit in *παρὰ τοῦ τε πεποιηκότος*.

Aliter res se habet, cum praepositionem articulus non sequitur: si hoc accidit particula modo post praepositionem modo post nomen collocata est: XXIII, 39 *παρά θ᾽ ὑμῶν*, 170 *πρός θ᾽ ὑμᾶς*, XXVII, 13 *παρά τε Θηριππίδου* cf. VIII, 67; XVIII, 245 — XIX, 166 *παρ᾽ ἐμαυτοῦ τε*, XXVII, 3 *μετ᾽ εὐνοίας τ᾽ ἀκοῦσαι*, XXXIX, 37, 38 *ἐξ ἀρχῆς τε*, XXXVII, 4 *ἐπ᾽ ἐργαστηρίῳ τ᾽*.

Articulum, qui ad ambo membra coniuncta particulis *τε — καί* pertinet, in altero membro Demosthenes repetit: XVIII, 93 *πᾶσιν ἔδειξεν ἀνθρώποις τήν τε τῆς πόλεως καλοκαγαθίαν καὶ τὴν Φιλίππου κακίαν*, XVIII, 286 *τήν τ' ἐμὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν μεθ' ἧς τὰ πράγματ' ἔπραττον καὶ τὴν ὑμετέραν ἀδικίαν*, praeterea XXIII, 23; XXIV, 96; XXVII, 13 et saepius. Quae cum ita sint, recte Blassium fecisse nego, quod II, 5 *(καὶ δυοῖν ἕνεχ' ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φλαῦρον φαίνεσθαι, καὶ τοῦ τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους ὡς ἄμαχόν τινα τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν ὅτι κτλ.)* cod. *Σ* secutus *τοῦ* ante *τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους* omisit. Quam facile librarii culpa *τοῦ* ante *τοὺς* omitti potuerit nemo non intellegit. — XXXVII, 5 autem *(καὶ τιθέμεθα συνθήκας, ἐν αἷς ἥ τε μίσθωσις ἦν γεγραμμένη καὶ λύσις τούτῳ παρ' ἡμῶν ἔν τινι ῥητῷ χρόνῳ)* articulus in altero membro omittitur. Quamobrem XXIV, 8 *τοῦ βοηθῆσαί θ' ἅμα τῇ πόλει καὶ τιμωρίαν ὑπὲρ ὧν ἐπεπόνθειν λαβεῖν* et XXX, 15 *μεταξὺ τοῦ συνοικῆσαί τε τὴν γυναῖκα καὶ φῆσαι τούτους πεποιῆσθαι τὴν ἀπόλειψιν* articulus non repetitus sit nemo est quin facile cognoscat.

Praepositio, quae ad utrumque membrum spectat, saepius in altero membro omittitur quam repetitur. Bis posita est III, 25 *ἔν τε τοῖς κοινοῖς κἀν τοῖς ἰδίοις*, VIII, 67 *περί θ' ὑμῶν καὶ περὶ αὐτῶν* XVIII, 109; XXIII, 10; XXXVII, 8. — Omittitur praepositio XXI, 126 *εἴς τε τὴν λητουργίαν καὶ τὸ σῶμ' ὑβρίσθην*, XXIII, 39 *παρά θ' ἡμῶν καὶ τῶν ἀστυγειτόνων*, XXVII, 13, 59; XXVIII, 8; XXXVII, 4; LVII, 12. — XV, 10 et XXIII, 170 codices fluctuant: illic F *ΥΩ* u v hic *ΥΩ* k r s praepositionem bis ponunt: idem accidit XXIII, 30, ubi *Σ ΥΩ* k r s *A'* legunt *ἔν τε τῷ προτέρῳ νόμῳ καὶ τούτῳ*, quod Blassius et Turicenses receperunt, cum Bekkerus cum ceteris libris *ἐν τούτῳ* scripserit. Neque vero est, quod ab optimo codice discrepemus.

Traiectiones particulae *τε* a Demosthene alienae non sunt: LV, 11 *τὸ ὕδωρ τά τε χωρί' ἐλυμήνατο καὶ μᾶλλον*

ᾠδοποίει, quo loco particula *τε* ei verbo addita est, quod ad utrumque membrum pertinet. Huc referendum est I, 5 *δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ᾽ ὑπὲρ μέρους χώρας κίνδυνος ἀλλ᾽ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, καὶ ἴσασιν ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους.* Quo loco de translatione particulae dubitari potest. Si putamus particulis *τε — καί* coniungi membra *Ἀμφ. τοὺς παραδόντας* et *Πυδν. τοὺς ὑποδεξαμένους,* iustum suum locum *τε* habet post *Ἀμφιπολιτῶν.* Sed alterum quoque fieri potest: repeti enim potest post *καὶ* pronomen relativum *ἅ.* Cui sententiae repugnat ea res, quod Demosthenes eiusmodi vocabula, cum iis addit *τε,* repetere solet: cf. III, 1 *ὅταν τ᾽ εἰς . . . . ἀποβλέψω καὶ ὅταν . . . . ἀκούω,* XXIII, 45 *τῷ τ᾽ . . . . εἰπεῖν . . . . καὶ τῷ διορίζειν,* 51 *ὅτι τ᾽ . . . . καὶ ὅτι.* (Cod. *Ω* I, 5 pro *ἅ τ᾽* praebet *ἅττ᾽.*)

Aliud genus traiectionis praesto est XVIII, 25 *καὶ γὰρ ἐκ τούτων εἴσεσθε τίς ἦν ὁ Φιλίππῳ τε τὴν εἰρήνην συναγωνιζόμενος καὶ τίς ὁ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν κτλ.*: ita legunt cod. *Σ* et pr. L, ceteri libri *τίς ἦν ὁ Φ. πάντα συναγωνιζόμενος,* quod in editionibus plerisque exstat. Hoc quoque loco de traiectione particulae *τε* dubitari potest: si coniungimus *τίς ἦν ὁ συναγωνιζόμενος* et *τίς ὁ πράττων* particula in iusto suo loco collocata non est; sed rectius inter se opponuntur *Φιλίππῳ* et *ὑπὲρ ὑμῶν*; num *τε* delendum sit valde dubito. — XXIV, 12 legimus *ἔλεγ᾽ ἄλλα τε πολλά, καὶ διεξῆλθε . . . .,* ubi *τε* exspectamus post *ἔλεγε* aut *ἄλλα τε πολλὰ ἔλεγε* (cf. XLVIII, 44 *τά τ᾽ ἄλλα ἔλεγεν . . . . καὶ κατεχρήσατο*), neque vero hic traiectionem particulae exstare re vera dici potest. cf. XXVII, 49; XXXVI, 3.

Cum adverbio *ἅμα* Demosthenes[1] raro coniungit *τε.* Codex *Σ* praebet hoc octies; collocatio varia est: XXII, 1

[1] De usu apud Isocrat. cf. Fuhr., pag. 356 sq., apud ceteros orat. pag. 598.

ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν καὶ δίκην ὑπὲρ αὑτοῦ λαβεῖν, XXIII, 13; XXXVI, 27; LVII, 25. — ἅμα τε exstat XXIII, 126 ἅμα τ' αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν τούτων καὶ παρ' ἡμῖν οἰκεῖν καὶ μετέχειν . . . ., et XXVIII, 16 ἅμα τε Θηριππίδῃ (cod. Σ, ceteri libri ἅμα Θ. τε.) — τε ἅμα invenimus XXIV, 8 τοῦ βοηθῆσαί θ' ἅμα τῇ πόλει καὶ τιμωρίαν . . . . λαβεῖν. — XXXVI, 3 ἅμα in fine alterius membri positum est. Praeterea ἅμα — τε — καί exstat XVI, 27 (F Y Ω v) et XV, 24 (praeter Σ Ω u v).

Ut ceteri oratores ita Demosthenes nonnullis locis eam verborum collocationem adhibet, ut verba, quae ad ambo membra spectent, inter particulas ponat. Plerumque autem hoc modo unum tantum aut duo vocabula interponuntur, ut II, 15 τοῖς αὐτοῖς Φίλιππόν τε χαίρειν καὶ τοὺς ἀρχομένους, XIX, 222 κἀκείνῳ τ' ἐχθρὸν εἶναι καὶ τούτοις, cf. XX, 154; XXI, 10, 224; XXII, 1; XXIII, 151 et saepius. Complures voces interpositae sunt XXXVII, 8 τῶν αὐτῶν παρά τε τοῦ πεποιηκότος δίκαιός ἐστι δίκην λαβεῖν καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ μηδ' ἐπιδημοῦντος, XX, 34, 163.

Raro fit, ut inter τε — καί collocatum sit alterum καί, quod priori membro aliquid adnectit, non ad τε referendum est: I, 17 φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σῴζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν, καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις, XVIII, 286 ἀμφότερ' ᾔδεσαν, τήν τ' ἐμὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν . . . . καὶ τὴν ὑμετέραν ἀδικίαν. cf. XXIII, 13; XXXVII, 48.

Ut supra commemoravi, XVIII, 310 exstat inusitata coniunctio ἀνδρὶ καλῷ τε κἀγαθῷ (locos, quibus apud oratores hanc coniunctionem invenimus, ibi attuli). Ut apud Isocratem hoc recipere dubitamus, ita hic suspicionem movet; praebent τε omnes codices uno Ω excepto: fortasse cum Fuhrio scribendum est γε.

In spuriis orationibus τε — καί his locis exstat: VII, 12 (om. τε Σ F L), 14, 25, 32, 46; X, 62, 70 (= VIII, 60, 67); XI, 9 (= II, 15), 22; XII, 4, 16: priore loco collo-

catio est τοῖς ἄλλοις τε πᾶσιν; praeterea formula ἄλλως τε καί praesto est 17. — XIII, 5 (γρ Σ F ἅμα τ' εὐπορῆτε ...., ceteri libri ἅμα τ' omittunt), 9 (bis), 23 (= XXIII, 199), 26, 27. — XVII, 16, 28 (ἅμα τε); 22 Blassius legit ἅμα τε παρενόμουν ἐκεῖνοι καὶ ...., Bekkerus et Turicenses τε omittunt; de codicum scriptura neque ille neque hi aliquid afferunt; ἄλλως τε καί invenimus 25. XXVI, 25 (bis); 23 ἄλλως τε καί; XXXIII, 5, 8 (om. Σ F Φ), 9, 10, 12, 13; XXXIV, 8, 10, 30, 34, 37, 39, 46 (bis); XXXV, 5, 27, 29, 31, 56. — 35 ἄλλως τε καί. — XL, 4, 7, 11, 13, 16, 19, 25, 36, 50; 4 invenimus collocationem μετ' εὐνοίας τε; ἄλλως τε καί praesto est 4, 40, 59. XLII, 13, 14, 21; XLIII, 1, 4, 8, 28, 29 (bis), 38, 67, 70, 76, 84 (ter); XLIV, 3, 10, 13, 14 (bis), 15, 19, 30, 32, 45 (praepositio repetitur), 54; XLVII, 1, 2, 16, 22, 24, 25, 26, 29, 33, 37, 41, 44, 48, 51, 53, 60, 64, 65, 66, 67, 68, 70, 76, 82. Ponitur in hac oratione particula τε inter praepositionem et pronomen (παρά τε τούτων 1); praepositio in altero membro plerunque omittitur (22, 33, 37), repetitur semel (26); articulus bis positus est 64, 68, 82. — 40, 57 invenitur ἄλλως τε καί. — XLVIII, 9, 11, 12, 14, 15, 43, 58 — ἄλλως τε καί 1, 56. — LVI, 4, 7, 31, 33, 37; LVIII, 14, 21, 40, 61; ἄλλως τε καί 58; LX, 2, 24, 26 (bis); LXI, 2, 6, 18, 27, 37, 45, 54, 56. —

Saepissime τε — καί coniunctio exstat in Apollodori orationibus: XLVI, 1, 6, 7, 8, 11, 28 — 15 ἄλλως τε καί; XLIX, 1, 4, 5 (bis), 8, 9 (bis), 16, 17, 23, 24, 25, 27, 30, 43, 44, 59, 65 (om. Σ); L, 1, 2 (bis), 3 (quater), 6 (bis), 8, 10, 13, 18, 19, 20, 21, 24, 26, 27 (bis), 29 (bis), 30, 33, 34, 36, 40, 41 (bis), 42, 49, 50 (om. Σ), 54, 67; LII, 5, 9, 11, 17, 18, 19, 32; LIII, 1 (bis), 4, 5, 11, 12, 14 (bis), 17; LIX, 1 (bis), 2, 3 (ter), 4, 12, 13, 14, 15 (bis), 16, 17, 22 (ter), 26, 29, 30 (ter), 31 (bis), 33 (bis), 36, 39, 42, 44, 49, 55 (bis), 62, 63, 65, 86, 91, 93, 93 (om. Σ), 95, 100, 106, 116, 117, 121, 122, 123, 126. — ἄλλως τε καί exstat 42, 48, 73, 99.

Ponitur in his sex orationibus *τε* inter praepositionem et articulum; si articulus abest, collocatio est varia; cf. LIII, 1 *περί τε χιλίων δραχμῶν*, LIX, 3 *περί τε Λήμνου*, L, 2 *ἐν καιρῷ τε*, LIX, 33 *ὡς ἄλλους τε πολλούς*. — XLVI, 8 legimus *τὰ ψευδῆ τε*. — Articulus, qui ad ambo membra spectat, plerumque repetitur; nonnulli loci ab hoc usu discrepant: cf. XLVI, 7 *τήν τε μαρτυρίαν καὶ ἐκμαρτυρίαν*, XLIX, 16 *ὅ τε Φίλιππος καὶ Ἀντιφάνης* (*ὁ Ἀντ.* cod. A), XLIX, 9; LIX, 30, 31. — Non aliter res se habet in praepositionis repetitione; modo bis ea ponitur, modo in altero membro omittitur; cf. LIX, 2 *περί τε τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν καὶ περὶ ἡμᾶς ἅπαντας*, 13, 33. — LIX, 3 *περί τε Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ* . . . ., 4, 106.

Liberiorem particulae collocationem invenimus L, 40 *ὁ τόν τε ὑπὲρ ἐμαυτοῦ χρόνον καὶ τοῦ συντριηράρχου λελητουργηκὼς ἐπετριηράρχηκα*, LIX, 36 *δύ' ἔτη, τόν τ' ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος καὶ Ἀλκισθένους ἐνιαυτόν*, LII, 32 *δέομαι δὲ ὑμῶν αὐτός τε ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρός*. LIII, 3 *εὖ οἶδ' ὅτι ὑμεῖς τ' ἂν μοι ἔτι μᾶλλον συγγνώμην εἴχετε τοῦ ὀργίζεσθαι αὐτοῖς, τούτους τ' ἀνοσιωτάτους · ἀνθρώπων ἡγήσασθε εἶναι*, quae exempla ita conformata sunt, ut particula *τε* ei verbo, quod ad ambo membra pertineat, addita sit. — XLVI, 1 *ἅμα τ' εἰκός ἐστι τοὺς ἐγχειροῦντας τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν, καὶ τὴν ἀπολογίαν εὐθέως ὑπὲρ αὐτῶν μελετᾶν*: hoc loco particulas *τε* et *καί* sibi respondere non puto, sed potius *τε* ita adhibetur, ut hanc enuntiationem cum antecedentibus verbis coniungat.

CAPUT II.

De particula *τοι*.

Particula *τοι* oratores Attici rarissime usi sunt. De Antiphonte cf. Schäferum pag. 47—49: invenitur *τοι* in tetralogiis semel, in orat. I semel, in orat. V quinquies, in orat. VI bis.

Apud Andocidem particula *τοι* male tradita est. I, 3 cod. A B legunt *ὁπόσοι μὲν γὰρ μὴ ἠθέλησαν ὑπομεῖναι καταγνόντες αὑτῶν ἀδικίαν, εἰκότως τοι καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γινώσκετε* (A corr., *γινώσκητε* B, *γινώσκηται* L, *γινώσκοιτε* Z) *οἷά περ καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔγνωσαν*: pro *τοι* cod. L Z praebent *αὐτοί*, quod nihili est. Blassius et Turicenses receperunt *τοι . . . . γινώσκετε*, Bekkerus legit *εἰκότως ἂν . . . . γινώσκοιτε*. Ferri potest utraque lectio; quod Bekkerus recepit, commendatur iis verbis, quae antecedunt: *εἰκότως δ' ἄν, ὦ ἄνδρες, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοιτε . . . .*, neque vero optimi codicis auctoritate defenditur. Particula *τοι* optime hoc loco se habet: haereo in ea tantum re, quod in ceteris apud Andocidem *τοι* non invenitur. — I, 1 codices tradunt *σχεδόν τι πάντες ἐπίστασθε* praeter A, qui praebet *τοι*. De lectione dubitari non potest; quam saepe *σχεδόν τι* scriptores Attici adhibuerint nemo nescit (cf. apud Isaeum VIII, 40 *σχεδόν τι*, A corr. 1 *τοι*) (II, 2 cod. B pro *εἴ τι* scribit *εἴ τοι*).

Lysias particulam *τοι* tribus locis usurpavit, sed semper cum altera quadam particula coniuncta est. VIII, 18 invenimus coniunctionem *ἐπεί τοι*. — XXVII, 10 et XXX, 4 praesto est *καὶ γάρ τοι*, in qua coniunctione fere sola apud posteriores oratores Atticos *τοι* exstat. Illo loco vim conclusionis facile intellegimus, hic locus singularis est ea re, quod *καὶ γάρ τοι* incipit enuntiatum interrogativum, quod apud ceteros oratores non inveni (XII, 13 *ἐν τοιούτῳ δ' ὄντι μοι κινδυνεύειν ἐδόκει* cod. C pro *μοι* legit *τοι*).

Multo saepius quam in genuinis scriptis *τοι* adhibetur in epitaphio, quem a Lysia profectum non esse constat. Usurpatur particula in hac quoque oratione tantum in coniunctione *καὶ γάρ τοι*; loci hi sunt: II, 20, 26, 63, 79, 80. Plerumque ita adhibetur, ut vim conclusionis contineat; consentio autem cum Karlowa (Bemerkungen z. Sprachgebrauch d. Demosth. — Progr. d. evang. Fürstensch. zu Pless 1883), qui hanc particularum coniunctionem expli-

cationis quoque vim nonnullis locis habere dicit. Quod accidit in § 80. Orator laudibus effert eos, qui pro patria mortem occubuerunt; immortalem gloriam sibi comparaverunt. Nam deplorantur ut mortales propter naturam, propter virtutem celebrantur ut immortales. Tum pergit: *καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι,* quibus verbis explicatur id, quod antecedit (*ὑμνοῦνται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν*).

In orat. VI semel *τοι* invenitur coniunctum cum *ἐπεί* (39 *ἐπεί τοι δεινὸν ἂν εἴη, εἰ* . . . .).

Isocrates *τοι* particulam non usurpavit nisi in coniunctione *καὶ γάρ τοι*. Loci exstant: II, 4; V, 108; VII, 30, 35, 69; VIII, 5; X, 37; XV, 286.

Isaeus hac coniunctione usus non est. Praesto est apud eum particula *τοι* uno loco (XI, 4). Orator ab accusatore poposcit, ut demonstraret pupillum ex lege affinem Hagniae esse; si id fecisset, se libenter dimidium hereditatis puero daturum esse: *εἰ δέ τοι μηδὲν τούτων ἕξει εἰπεῖν, πῶς οὐκ ἐλεγχθήσεται φανερῶς ἐμὲ μὲν συκοφαντῶν, ὑμᾶς δ' ἐξαπατῆσαι παρὰ τοὺς νόμους ζητῶν;* Particula *τοι* orator declarare vult adversarium postulato satisfacturum non esse.

Apud Aeschinem particula *τοι* codicibus pessime servata est. III, 130 omnes libri, uno p excepto, consentiunt; orator commemorat quantopere dii rebus Atheniensium omnibus temporibus consuluerint: *οὐδεμίαν τοι πώποτ' ἔγωγε πόλιν ἑώρακα ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν σῳζομένην, ὑπὸ δὲ τῶν ῥητόρων ἐνίων ἀπολλυμένην.* — Alii loci omnes plus minusve corrupti sunt. I, 83 cod. a b g l m o p legunt *ἡμεῖς τοι, ὦ Ἀθ., οἱ Ἀρεοπαγῖται οὔτε κατηγοροῦμεν κτλ.*, d f h q autem *ἡμεῖς μέντοι* . . . .: *τοι* cum pronominibus saepissime coniunctum esse inter omnes constat. Neque igitur recte Weidnerum fecisse puto, quod, cum alii omnes editores *τοι* receperint, scripserit *ἡμεῖς μὲν* . . . . III, 56 in libris

legimus *ἵν' οὖν μήθ' οὗτος ἰσχυρίζηται ὑμεῖς τε προειδῆτε, ἐγώ τε ἀποκρίνομαι* (d q Vat., *ἀποκρινοῦμαι* p, *ἀποκρίνωμαι* ceteri cod.) . . . . , *τε* post *ἐγώ* nullo modo ferri potest. Editores alii aliud coniecerunt. Mea quidem sententia cum Schultzio *ἔγωγε* scribendum est (quod Sauppius quoque commendaverat), cum haec mutatio facillima sit. Weidnerus legi iubet *ἐγώ τοι*, quod per se rectum est: cum autem particulae *τοι* usus apud Aeschinem rarissimus sit, num hoc sit recipiendum dubito.

Coniunctio *καὶ γάρ τοι* tradita est III, 191. — Alia exempla corrupta sunt. III, 132 codices praebent *τοιγάρτοι τί τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐφ' ἡμῶν οὐ γέγονεν;* Pro *τοιγάρτοι τί* legunt e l h *τί γάρ τοι*, illud omnes editores probaverunt praeter Weidnerum, qui cod. e l h sequitur. Neque vero hoc loco neque III, 163, ubi scripturam codicum e k l recipere non potest, nisi *εἰ γάρ τι* (*τοι* e k l) *τούτων ἐφρόνει Δημ.* mutat in *εἰ γάρ τοι οὕτως ἐφρόνει Δημ.*, neque I, 89 ubi librorum lectionem *καὶ γάρ μοι* (vel *ἔμοιγε*) *δοκεῖ Τίμαρχ.* mutat in *καὶ γάρ τοι* eum rectum assecutum esse iudico. (II, 40 et 142 nonnullorum codicum scripturam *τοι* falsam esse nemo non intellegit.)

Apud Demosthenem particula *τοι* solum exstat in coniunctione *καὶ γάρ τοι* exceptis duobus locis (vel potius uno loco), quibus legimus *ἐπεί τοι*: IV, 2 et IX, 5, ubi orator iisdem fere verbis usus est. IV, 2 cod. *Σ* F tradunt *ἐπεὶ εἴ τοι*, ceteri libri *ἐπεί τοί γε εἰ*, IX, 5 cod. F *Y Ω ἐπεί τοί γε εἰ*, ceteri omittunt *γε*. *τοί γε* non interposito alio vocabulo Atticis coniungere licuisse negat Porsonus ad Eur. Med. 675, quem secutus Bekkerus in orat. IV, 2 ex IX, 5 recepit lectionem cod. *Σ*.

καὶ γάρ τοι invenimus IV, 6; VIII, 66; IX, 58; XVIII, 99; XIX, 56, 137, 141, 325; XX, 69, 91; XXI, 150; XXIII, 104, 198, 200, 203, 206; XXIV, 140; LI, 14, 22. — Ex locis, quos attuli, duos cod. *Σ* aliter praebet. VIII, 66 omnes libri tradunt *τοιγάρτοι* uno *Y* excepto, qui legit *καὶ γάρ τοι*: hoc recepit Blassius, illud Bekkerus et editores

Turicenses. Significatio utriusque particulae eadem est; cum autem X, 68, ubi eadem verba exstant, omnes codices scribant *καὶ γάρ τοι*, hoc quoque loco hanc lectionem praeferendam esse puto. Accedit, quod Demosthenes particulam *τοιγάρτοι* non usurpavit, sed eius loco semper *τοιγαροῦν* adhibet. Quae cum ita sint XXIII, 203 quoque cod. Σ scriptura *τοιγάρτοι* mea quidem sententia repudianda est et cum F v legendum est *καὶ γάρ τοι*.

In spuriis orationibus *καὶ γάρ τοι* invenimus X, 68 (= VIII, 66); XIII, 22 (= XXIII, 198); LXI, 29. — XXXIV, 32 Σ praebet *μάρτυρας δέ τοι οὐκ ἐκώλυε παρακαλεῖν*, ceteri libri legunt *γε* pro *τοι*, quod receperunt Bekkerus et Blassius, qui adnotat „*δέ τοι* non ex usu huius aetatis.“ — Cum usu Demosthenico valde discrepat LII, 8, ubi *τοι* exstat cum nulla alia particula coniunctum in enuntiato interrogativo: *οἶσθά τοι, ἔφη, ὅ τι ἐστὶν ὦ Πασίων, ὅ σε ἐρωτῶ;* XL, 32 cod. F Φ B et pr Σ legunt *ἐβουλόμην τἂν ὦ ἄν. δ. τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι*, vulgata est *μέντἄν*. Ferri potest utrumque, quam ob rem non habemus, quod ab Σ F discrepemus.

Num Hyperides *τοι* particula usus sit dubium est. Pro Eux. 25 Hyperides vituperat Polyeuctum, quod iudices monuerit ne permitterent, ut aliquis reum defenderet; quid magis populare cogitari posse, quam ut unicuique liceret reum, qui ipse orationem habere non posset, defendere. Tum in papyro exstat (26)

ἀλλὰ νὴ Δία αὐτός τοι
οὕτωι πράγματι οὐ
κέχρησαι;

Editores alii aliud receperunt. Verisimillimum esse mihi videtur, quod Blassius scripsit: *τοιούτῳ*. Sauppius legit *τοι σὺ τῷ*, Patakis *τοι τούτῳ*, Hertlein *τοι οὕτω τῷ*. — In epitaph. 9, 37 codex praebet *διὰ του τούτους πατέρες ἔνδοξοι, μητέρες περίβλεπτοι τοῖς πολίταις γεγόνασι*, ubi Cobetus recepit *διά τοι τούτους*, Blassius delevit *του*. *τοι* legere dubito, praesertim cum eae quoque particulae,

quae cum τοι compositae sunt, raro apud Hyperidem inveniantur.

Restat ut moneam Lycurgum et Dinarchum particula τοι usos non esse.

CAPUT III.

De particulis τοιγαροῦν et τοιγάρτοι.

De synonymis particulis τοιγαροῦν et τοιγάρτοι hoc maxime monendum est unum eundemque oratorem utrumque vocabulum adhibere non solere. Apud Andocidem solum invenimus τοιγάρτοι bis (I, 108 et 119); idem accidit in orat. IV, quam ab Andocide viri docti abiudicant (12, 22). — Lysias quoque τοιγάρτοι usurpat duobus locis: XXVI, 20 et XXXI, 24. — Aliter res se habet apud Isocratem, apud quem τοιγαροῦν praesto est sexies: IV, 136, 152; VII, 48; XI, 6, 17; XV, 138. τοιγάρτοι scriptum videmus VII, 52 et XV, 126. Ut illis temporibus particula τοιγαροῦν alteram vocem τοιγάρτοι suo loco paullatim moverit, ex usu scriptorum efficitur. Plato in dialogis posterioribus solum τοιγαροῦν usurpavit, plerumque Xenophon, semper Aristoteles (cf. Hoefer, de particul. Platon. pag. 40). Quam facile καὶ γάρ τοι cum τοιγάρτοι librarii culpa immutari possit nemo est quin intellegat. Ut VII, 30 cod. Γ praebet καὶ γάρ τοι, vulgata lectio est τοιγάρτοι. Cum duobus locis, quos attuli, omnes libri τοιγάρτοι tradant, mutare ausus non sum, quamquam, si nobiscum reputamus apud Isocratem τοιγαροῦν exstare sexies, καὶ γάρ τοι octies, conicere possumus illis quoque locis oratorem fortasse καὶ γάρ τοι scripsisse. Ex oratoribus Lycurgus saepissime τοιγαροῦν usus est, sexies in paragraphis 150; loci hi sunt 72, 88, 105, 109, 114, 133. — Apud Hyperidem invenimus τοιγαροῦν semel (pro Eux. 45, 14).

Aliter res se habet apud Aeschinem: I, 92, 140; II, 140 in omnibus codicibus τοιγάρτοι scriptum videmus.

I, 114 libri partim *τοιγάρτοι* (a b g l m o p r Vat. Laur.) partim *τοιγαροῦν* (ceteri codic.) praebent. Cum *τοιγαροῦν* alio loco apud hunc oratorem non inveniamus, hic quoque *τοιγάρτοι* praeferendum est (Weidnerus recepit *τοιγαροῦν*). De III, 132 supra diximus. — Dinarchus adhibet *τοιγάρτοι* semel (II, 26), *τοιγαροῦν* usus non est

Demosthenes, ut supra commemoravi, solum *τοιγαροῦν* usurpavit, quod exstat tribus locis: IV, 36; XVIII, 40, 134. Aliter res se habet in spuriis orationibus, ex quibus hae particulae praesto sunt in orat. VII, X, XIII, LX. In orat. XIII, ut apud Demosthenem, tantum *τοιγαροῦν* invenimus bis (20 et 32), idem accidit in orat. LX, quae praebet particulam semel (16). In orat. VII usurpatum est *τοιγάρτοι* semel (43). In orat. X et *τοιγαροῦν* (30) et *τοιγάρτοι* (4 et 48) praesto est: haec quoque res demonstrare mihi videtur in orat. VIII, 66 scripturam cod. *Y* *καὶ γάρ τοι* rectam esse. Si enim auctor, qui quartam in Philippum orationem composuit, apud Demosthenem *τοιγάρτοι* invenisset, sine dubio hanc particulam, qua in illa brevi oratione praeterea bis utitur, hic quoque adhibuisset.

Antiphon et Isaeus nec *τοιγαροῦν* nec *τοιγάρτοι* usurpaverunt.

Particulae, quae cum *τοι* compositae sunt, praeter *καίτοι μέντοι τοίνυν* rarissime apud oratores inveniuntur. *ἤτοι* non adhibetur nisi in coniunctione *ἤτοι — ἤ*. Loci hi sunt: Andoc. II, 2; Isocr. XV, 33; Aeschin. III, 40; Dinarch. I, 50; Demosth. XIV, 40; XXII, 32; XXV, 51; [LVIII, 7].

οὔτοι solum apud Demosthenem exstat III, 20 et IV, 18.

CAPUT IV.

De particula *καίτοι*.

καίτοι particula apud oratores Atticos hisce locis praesto est:

apud Andocidem: I, 20, 57, 72, 94 (*καὶ* libri), 146; II, 10; III, 19. — IV, 6, 10, 15, 23, 26, 32, 33, 36, 41, 42.

apud Lysiam: I, 31, 40, 42; III, 22, 24, 25, 36; IV, 6, 16 (cod. C); V, 4; VII, 8, 11, 20, 22, 26, 32, 33; VIII, 1, 4, 11; X, 12; XI, 6, 7 (*καὶ* libri); XII, 31, 47, 48, 57, 63, 82, 88, 89; XIII, 22, 26, 29, 53, 57, 72, 77; XIV, 8, 19, 26, 31, 35; XV, 6; XVI, 5, 7, 11, 12, 18; XVII, 4; XVIII, 8, 12, 19; XIX, 9, 17; XXI, 7, 8; XXII, 13, 16, 18; XXIII, 15; XXIV, 2, 12, 13; XXV, 13, 14, 16; XXVI, 16; XXVII, 3, 5, 10, 11, 15; XXVIII, 2, 10, 15; XXIX, 2, 4, 7; XXX, 18, 21 (*καὶ* libri), 25, 27; XXXI, 10 (*καὶ* libri), 22, 26, 34; XXXII, 13, 23, 25, 27; XXXIV, 2. — In spuriis orationibus: II, 42; VI, 10, 12, 13, 14, 22, 28, 31 (*καὶ* libri), 33, 47 (*καὶ* libri); XX, 11 (bis), 12, 13, 16, 27, 34.

apud Isocratem: III, 16, 25, 35, 41; IV, 11, 25, 31, 37, 67, 74, 96, 99, 109, 127, 132, 138, 155, 162, 175; V, 14, 25, 50, 64, 78, 92, 145; VI, 11, 30, 32, 51, 54; VII, 13, 18, 27, 55; VIII, 10, 86, 89, 104, 105, 114, 120, 126; IX, 48, 65; X, 42; XI, 6, 31, 37, 43, 46; XII, 12, 52, 56, 87, 213, 214, 220, 224; XIII, 21; XIV, 20, 21, 32, 54; XV, 23, 40, 41, 86, 88, 100, 112, 118, 128, 132, 136, 157 158, 165, 177, 202, 206, 229, 239, 250, 290, 291, 315; XVI, 30, 38, 42; XVII, 26, 30, 32, 34, 37, 43, 46, 48, 50, 53; XVIII, 17, 18, 24, 30, 38, 39, 41, 62; XIX, 15, 20, 22, 33, 34, 40, 46, 48; XX, 3, 4; XXI, 3, 14.

apud Isaeum: I, 13, 23, 26, 27; II, 15, 39; III, 11, 14, 60; V, 20, 33, 37, 38, 41; VI, 11, 44, 46, 52, 54, 58; VII, 12, 36, 40; VIII, 11, 17, 20, 24, 26; IX, 23; X, 24; XI, 6, 19, 24; XII, 9.

apud Lycurgum: 27, 30, 37, 39, 44, 52, 53, 64, 74, 75, 77, 83, 90, 98, 105, 134, 139.

apud Hyperidem: in Demosth. 19, 23; pro Eux. 20, 2; 25, 12; 30, 4; 35, 1; 37, 21.

apud Aeschinem: I, 94; II, 123 (bis), 148, 164; III, 46, 53, 131, 138, 163, 175, 189, 228.

apud Dinarchum: I, 16, 104; II, 9, 25, 26.

apud Demosthenem: II, 20; III, 23; IV, 12, 35; V, 8; VI, 19; VIII, 55; IX, 16, 23, 25, 32, 35, 55, 65; XV, 5; XVIII, 16, 51, 70, 97, 100 *(καὶ Σ)*, 103, 108, 110, 123, 137, 139, 171, 180, 198, 212, 215, 219, 223, 251, 264, 277, 282, 292, 294, 309; XIX, 31, 42, 51, 97, 99, 113, 119, 146, 159, 161, 173, 180, 181, 195, 209, 212, 221, 251, 260, 274, 282, 312, 337; XX, 17, 30, 105, 115, 117, 127, 141, 145; XXI, 16, 18, 62, 67, 92, 105, 120, 133, 147, 161, 166, 182, 189, 190; XXII, 9, 53, 54, 57; XXIII, 15, 28, 42, 54, 63, 75, 79, 91, 159, 168, 181, 185, 204, 210; XXIV, 30, 44, 48, 58, 65, 77, 81, 90, 107, 113, 116, 118, 119, 122 *(καὶ Σ)*, 132, 133, 134, 158, 165, 166, 189, 201; XXVII, 16, 20, 26, 28, 30, 33, 63, 64; XXVIII, 4; XXIX, 8, 12, 14, 20, 21, 24, 34, 41, 53; XXX, 20, 29, 33; XXXI, 3, 10; XXXII, 16; XXXVI, 11, 13, 19, 21, 22, 26, 35, 46, 54; XXXVII, 31, 48, 49; XXXIX, 24, 25, 33, 38; XLI, 14, 24, 30; XLV, 19, 23, 25, 36, 59, 66, 81; LI, 6, 7, 9, 20, 21; LIV, 37; LV, 4, 5, 13, 14, 20, 21, 28, 29, 32; LVII, 27, 28, 30, 51, 54. — In spuriis orationibus: VII, 10, 12, 16, 39; X, 57 (= VIII, 55), 70; XI, 17; XIII, 10, 14, 21, 26; XII, 4 (bis), 7, 9, 13, 17, 22, 23; XXVI, 8, 12 (bis), 15; XXXIII, 25, 30; XXXIV, 15, 29 (bis), 42; XL, 28, 31, 55; XLII, 13, 22, 26; XLIII, 56; XLVII, 17, 44, 66, 77; LVI, 23, 35; LVIII, 7, 36, 38; LXI, 7, 9, 18, 39, 41, 43. — In Apollodori orationibus: XLVI, 11; XLIX, 2, 45, 57; LII, 15; LIII, 27; LIX, 28. —

Quos locos si consideramus et perquirimus, quomodo oratores Attici particulam *καίτοι* usurpaverint, facile intellegimus omnia exempla in duas partes dividenda esse: plerumque *καίτοι* ita adhibetur, ut vim adversativam contineat, rarius eo modo, ut orationem continuet et cumulet. Cum apud omnes oratores utrumque inveniamus super-

vacaneum esse mihi videtur singulos tractare, sed de usu particulae mihi disputanti liceat commemorare, quod cuiusque proprium sit.

Atque primum quidem nonnullos locos afferam, quibus vis adversativa maxime elucet: significat id, quod Latini „quamquam" dicunt. Ad hanc unam significationem omnes, quas Vigerus attulit, redire recte Hermannus monet (ad Vigerum pag. 837). Hanc vim in particula *καίτοι* plerumque inesse dixi; exempli causa affero Demosth. XVIII, 16: orator Aeschini obicit, quod Ctesiphontem accuset, cum re vera ipsum perdere studeat. Tum pergit: *καίτοι πρὸς ἅπασιν, ὦ ἄνδ. Ἀθ., τοῖς ἄλλοις οἷς ἂν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἔχοι, καὶ τοῦτ' ἔμοιγε δοκεῖ . . . . ἂν λέγειν κτλ.* — XVIII, 108: cum naves ex mea lege ornatae essent, nulla expugnata aut in portu relicta est: *καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους ἅπαντα ταῦτ' ἐγίγνετο.* — Qua in significatione particula *καίτοι* interdum vim indignationis cuiusdam continet; cf. Andoc. I, 146: si me nunc perditis, totum meum genus funditus deletum est: *καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδ. καὶ Λεωγ. οἰκία οὖσα, ἀλλὰ κτλ.* — *καίτοι* cum participio coniungi posse ita ut pro *καίπερ* adhibeatur constat. Apud oratores autem Atticos hoc uno tantum loco inveni, Lys. XXXI, 34: *ἱκανά μοι νομίζω εἰρῆσθαι, καίτοι πολλά γε παραλιπών.* Similis locus exstat apud Demosthenem XX, 117: *εἰ μὲν γάρ τις ἔχει δεῖξαι, κἀκείνους ὧν ἔδοσαν τῷ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους, συγχωρῶ καὶ ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι, καίτοι τό γ' αἰσχρὸν ὁμοίως* ubi et participium et indicativum supplere possumus. — Usurpari potest *καίτοι* si orator sermonem interrumpit; eiusmodi quoque exempla raro apud oratores inveniuntur; cf. [Andoc.] IV, 10: *ὧν ἕνεκα περὶ ἐμαυτοῦ παραλιπὼν Ἀλκιβιάδου τὸν βίον ἀναμνῆσαι βούλομαι. καίτοι ἀπορῶ γε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων πόθεν ἄρξομαι, ἐμποδὼν ἁπάντων ὄντων.*

Paullo aliter ii loci se habent quibus particula *καίτοι* in transitionibus adhibetur; cf. Lys. XXVI, 16: orator exposuit Athenienses antea Leodamantem Thrasybulo

auctore reiecisse; ne putarent se ipsum, ut Leodamanti gratum faceret, Euandrum accusare. Leodamanti enim utilitati fore Euandrum probari, ut ipse iniuria affectus esse videretur. Hoc exposito pergit: *καίτοιγε αὐτὸν ἀκούω λέγειν ὡς οὐ περὶ αὐτοῦ μόνον ἡ δοκιμασία ἐστίν, ἀλλὰ κτλ.* — cf. Isocrat. VI, 11.

Sed transeamus ad alterum genus in quo particula *καίτοι* orationem continuat et summa cum gravitate cumulum addit. Demosth. XVIII, 215: vos Thebanis opem tulistis, qui tam familiariter vos receperunt, ut vestrum exercitum in domibus collocarent, cum suae copiae extra urbem castra ponerent: *καίτοι τρί' ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις ἔδειξαν ἐγκώμια Θηβαῖοι καθ' ὑμῶν τὰ κάλλιστα κτλ.* cf. XVIII, 123. — Praeclarum exemplum praesto est apud Aeschinem II, 148: orator se et a patre et a matre honesto loco natum esse gloriatus est; matrem ante oculos sibi versari de salute filii metuentem: *καίτοι, ὦ Δημ.*, inquit Aeschines, *ἡ μὲν ἐμὴ μήτηρ ἔφυγε μετὰ τοῦ αὑτῆς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον καὶ μετέσχε τῶν πολιτικῶν κακῶν.*

Creberrimus is usus est, ut particula *καίτοι* incipiat enuntiatum interrogativum illis locis, cum ex antecedenti sermone orator concludit et argumentum firmius est, quam ut ullo modo confutari possit. Ita inter scriptores Atticos praecipue Isocrates particulam *καίτοι* adhibuit (cf. Spengelium in comment. Reg. Acad. Bavar. a. 1855 pag. 740). Eiusmodi exempla apud omnes oratores inveniuntur. Demosth. XVIII, 264: Demosthenes totam Aeschinis vitam perlustravit, ut demonstraret illum a parvulo in egestate versatum esse. Postquam ad rem publicam accessisset, tum, cum patria fortuna secunda usa esset, eum doluisse, cum adversa, gavisum esse et impudenter se gessisse. Conclusionem affert hoc modo: *καίτοι ὅστις χιλίων πολιτῶν ἀποθανόντων ἐθάρρησε, τί οὗτος παθεῖν ὑπὸ τῶν ζώντων δίκαιός ἐστιν;* — XIX, 146: in rem publicam ex pace pericula redundabant, in legatos commoda: *καίτοι πῶς οὐ δεινὸν ὦ ἄνδ. Ἀθ. καὶ σχέτλιον, τὰς τῶν ὑμετέρων συμμάχων*

συμφορὰς προσόδους τοῖς πρέσβεσι τοῖς ὑμετέροις γεγενῆσθαι . . . .; Lycurg. 37: orator commemoravit urbem civibus apud Chaeroneam victis in summo periculo fuisse; populum Hyperide auctore iussisse senatum armatum in Piraeum proficisci, ut eum defenderet et videret ne quid detrimenti caperet res publica: *καίτοι ὦ ἄνδρες, εἰ οἱ ἀφιέμενοι τοῦ στρατεύεσθαι ἕνεκα τοῦ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῇ τῶν στρατιωτῶν τάξει διέτριβον, ἆρ' ὑμῖν δοκοῦσι μικροὶ καὶ οἱ τύχοντες φόβοι τότε τὴν πόλιν κατασχεῖν;*

Nonnullis locis particula *καίτοι* cum imperativo coniungitur. Quae forma tantum invenitur apud Isaeum (I, 26; VIII, 20) Lycurgum (52, 75, 98) Demosthenem (III, 23; IX, 55; XXIII, 54, 159, 204; XXXI, 10; XLV, 23; LI, 9; LV, 28. — XII, 17; XIII, 21, 26). (cf. quoque Antiph. V, 40). — Interdum *καίτοι* cum imperativo eodem modo usurpatum est quo in enuntiationibus interrogativis, cf. Lycurg. 52: fieri non potest, ut reum impunitum dimittatis; nam Areopagus omnes, qui in bello ex patria discesserunt, capite damnavit. Tum pergit: *καίτοι, ὦ ἄνδρες, μὴ νομίζετε τοὺς τὰ τῶν ἄλλων φονικὰ ἀδικήματα δικάζοντας αὐτοὺς ἂν εἴς τινα τῶν πολιτῶν τοιοῦτόν τι παρανομῆσαι.* Nemo non intellegit hoc loco oratorem pro imperativo scribere potuisse enuntiatum interrogativum. cf. Demosth. XXIII, 159; XII, 17. — Praeterea *καίτοι* cum imperativo adhibetur ad continuandum sermonem; Lycurg. 98: orator narravit (95—97) in Aetnaeorum ignium eruptione illum adulescentem solum servatum esse, qui patrem non reliquisset. Tum (98) commemorat Erechtheum, cum Eumolpus in Atheniensium fines invasisset, dei iussu filiam immolasse. Quam ad narrationem traducit orationem hoc modo: *καίτοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες· οὐ γὰρ ἀποστήσομαι τῶν παλαιῶν· κτλ.* cf. Demosth. III, 23; IX, 55.

Restat ut pauca afferam de *γε* particulae *καίτοι* addito. Atque primum quidem commemorandum est Isocratem et Dinarchum *γε* cum *καίτοι* non coniunxisse. Collocatio varia est, aut *καίτοι — γε* aut *καίτοι γε.* Apud Demosthenem hae

particulae semper uno tantum vocabulo interposito dirimuntur (vicies) praeter unum locum, ubi nomen cum articulo inter eas est positum (XVIII, 110 *καίτοι τὰ μέγιστά γε*). Quae cum ita sint XXIV, 113, ubi traditum est *καίτοι γ' ὁ Σόλων*, sine dubio cum Cobeto scribendum est *καίτοι ὅ γε Σόλων*. — Idem fere accidit in spuriis orationibus. Cum hoc usu non discrepat XXXIV, 29 *καίτοι, ὦ γῆ καὶ θεοί, προσῆκέ γε*, neque enim illa sollemnis invocatio ad particulam spectat. Sed XL, 55 duo verba inter particulas interposita sunt *(καίτοι οὐκ ἴσος γ' ἡμῖν)*. — *καίτοι γε* exstat LVIII, 36 (cod. r *καίτοι τάς γε*, quod Blassius recepit; cf. in eadem oratione § 7). — VII, 12 cod. *Σ* tradit *γε* bis positum cum *καίτοι* coniunctum: *καίτοι γε πλείους γε ἦσαν*, ceteri libri *καίτοι πλείους γε ἦσαν*. Non recte Turicenses editores fecisse puto, quod cod. *Σ* secuti sunt: dubium non esse mihi videtur, quin librarii culpa particulae *καίτοι* additum sit *γε*. Apud Lysiam quoque VIII, 11 eandem coniunctionem scriptam videmus *καίτοι γε σφῶν* (libri *ἐφ' ὧν*) *γε αὐτῶν*: num iure hoc recipiatur valde dubito. — Ea particularum coniunctio, quam solam Demosthenes adhibet, etiam apud ceteros oratores usitatissima est: sed inveniuntur *καίτοι γε* uno tenore scripta apud Lysiam I, 42; XXVI, 16; (XI, 7); Lycurg. 90; Andoc. I, 72. Complura verba inter *καίτοι* et *γε* interposita sunt apud Isaeum III, 14 *(καίτοι οὐ δήπου γε)* et Hyper. pro Eux. 35, 1 *(καίτοι, εἰ νοῦν εἶχες, περί γε τῆς φιάλης)*. — Discrimen inter *καίτοι — γε* et *καίτοι γε* est, ut in illis exemplis id vocabulum, quod interpositum sit, prematur, in his exemplis particula ipsa acuatur.

CAPUT V.

De particula *μέντοι*.

Multo rarius, quam *καίτοι*, oratores Attici particula *μέντοι* usi sunt. Loci exstant

apud Andocidem: I, 41, 63, 130; II, 1, 8, 20, 23, 28.

apud Lysiam: VII, 14; IX, 2; XII, 2, 34, 81, 86; XIII, 56, 59, 64, 72, 73; XIV, 2; XVI, 20; XXI, 8; XXIII, 7; XXXI, 2, 14, 19; XXXII, 1. — VI, 12.

apud Isocratem: V, 153, 155; IX, 73; XV, 62, 266, 268; XIX, 3, 34, 43. — I, 36.

apud Isaeum: IV, 18; V, 33; IX, 18, 26, 33; X, 12, 18, 22; XI, 3.

apud Lycurgum: 67.

apud Aeschinem: I, 36, 74, 98; II, 43, 75, 106; III, 173, 239.

apud Dinarchum: I, 52, 57, 59.

apud Demosthenem: II, 12; III, 2; IV, 4, 8, 44, 46, 49; V, 23; VIII, 9, 23, 40, 58, 68, 77; IX, 20, 51, 73; XIV, 14, 26; XV, 13, 32; XVIII, 12, 58, 112, 153, 174, 176, 206, 210, 253, 299, 314; XIX, 7, 14, 22, 45, 64, 84, 101, 110, 138, 189, 202, 313; XX, 44, 105, 114, 132; XXI, 16, 95, 123, 142, 154, 189, 191, 192, 196; XXII, 56, 59; XXIII, 70, 184, 204; XXIV, 26, 44, 214; XXV, 30, 85; XXX, 3; XXXII. 32; XXXVI, 42, 57; XXXVII, 53 (bis); XXXVIII, 24; XLI, 29; XLV, 66, 77, 84; LV, 24; LVII, 42. — In spuriis orationibus *μέντοι* invenitur: VII, 26, 35, 41; X, 8, 11 (= VIII, 40), 60 (=VIII, 58); XI, 15; XIII, 2; XXXIV, 4, 20, 45, 49; XXXV, 40; XL, 32; XLIV, 19, 32; XLIX, 21, 38; LII, 8, 11 (bis); LVI, 15, 24, 49; LIX, 67; LX, 1; LXI, 57. —

Hyperides particulam *μέντοι* omnino non usurpavit. —

Plurimus usus particulae *μέντοι* apud oratores Atticos is est, ut vim opponendi contineat; in qua significatione saepe locum particulae *δέ* tenens respondet particulae *μέν*. Hoc fere semper accidit apud Isocratem, qui *μέντοι* non adhibet nisi ad opponendum; cf. V, 155 *ταῦθ' ὅπως μὲν γέγραπται τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς ἀκριβείαις, παρ' ὑμῶν τῶν ἀκουόντων πυνθάνεσθαι δίκαιόν ἐστιν· ὅτι μέντοι κτλ.* Duobus tantum locis non exstat *μέν,* quo referatur *μέντοι* (XIX, 3, 43). — Paucis locis *μέντοι* additum est particulae *ὅμως*. Demosth. XXX, 3 *οἶδα μὲν οὖν ὦ ἄνδ. δικ., ὅτι μοι πρὸς*

παρασκευὰς λόγων καὶ μάρτυρας οὐ τἀληθῆ μαρτυρήσοντας ὁ ἀγών ἐστιν· ὅμως μέντοι τοσοῦτον οἶμαι διοίσειν τῷ δικαιότερα τούτου λέγειν κτλ. cf. XXXVIII, 24; [Lys.] VI, 12; Isae. IV, 18; IX, 18; X, 18. — Similis locus praesto est apud Aeschinem I, 74, ubi *ὅμως* sequitur particulam *μέντοι : οὗτοι μέντοι ὅταν πρὸς τῇ ἀνάγκῃ ταύτῃ γίγνωνται, ὅμως πρό γε τῆς αἰσχύνης προβάλλονταί τι καὶ συγκλῄουσι τὰς θύρας*

Multo rarius *μέντοι* adhibetur ad confirmandum, qui usus ut accurate ab illo, modo allato, discernatur, saepe fieri non potest. — Enumerabo nonnullos locos, quibus vis approbandi facile intellegitur. Aeschin. I, 98: orator affert, quas res Timarchus hereditate paterna acceperit: *ὅτι δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω*, inquit, *ἐνταῦθα μέντοι νὴ Δία σαφῶς πάνυ καὶ διαρρήδην ἐγὼ μαρτυροῦντας ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.* — Demosth. XLI, 29: Spudias quadraginta minas dotis habuit, ego triginta; mille drachmas postea non solum non accepi, sed etiam nunc de iis periclitor, quasi iniuste eas habeam: *διὰ ταῦτα μέντοι Σπουδίας ὦ ἄνδ. δικ. τοῖς φίλοις οὐκ ἐβούλετ' ἐπιτρέψας ἀπαλλαγῆναι τῶν πρὸς ἐμ' ἐγκλημάτων, ὅτι κτλ.* — Andoc. II, 23: servis et peregrinis, qui vobis bene facere videbantur, saepe civitatem tribuistis: *καὶ ταῦτα μέντοι ὀρθῶς ὑμεῖς φρονοῦντες δίδοτε.* — Particulam *μέντοι* in responsis saepissime ad confirmandum adhiberi constat (saepe apud Platonem, cf. Hoefer, de part. Plat. pag. 32 sq.): quocum usu, cuius in orationibus locus non est, comparanda sunt eiusmodi exempla, ut Demosth. XVIII, 210 *ἐμὲ δὲ . . . . τὸ τίνος φρόνημα λαβόντ' ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμ' ἔδει; τὸ τοῦ τούτων ἀνάξι' ἐροῦντος; δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον.* XIX, 138 *ζητῇ πόλλ' ἀναλίσκειν, ἐξὸν ἐλάττω, καὶ πάντας θεραπεύειν βούληται, δύ' ἢ τρεῖς ἐξόν; μαίνοιτο μέντ' ἄν.* Dinarch. I, 59: *διὰ τοῦτο οὐ πιστευτέον τῇ βουλῇ περὶ τῶν γενομένων ἀποφάσεων, ἐπειδὴ σὲ καὶ τοὺς μετὰ σοῦ τὸ χρυσίον ἔχοντας ἀποπέφαγκε; δεινὸν μέντ' ἂν εἴη.* Similis formula exstat apud Isaeum X, 12: *δεινὰ μέντ' ἂν γίγνοιτο.* — Ut his locis, ita nonnullis

aliis scriptum videmus *μέντ' ἄν*: significatio particulae *μέντοι* particula *ἄν* non mutatur, cum *ἄν* non ad *μέντοι* sed ad verbum pertineat (cf. Hermannum ad Vigerum pag. 840). [Andoc. II, 28; Lys. XII, 86; Isocr. XIX, 43; Demosth. XXI, 196; XXXIV, 45; XL, 32.]

In interrogationibus oratores *μέντοι* non usurpaverunt.

Particulae *μέντοι* additum est *γε* tantum apud Andocidem Lysiam Demosthenem. Coniunctiones *γε μέντοι, μέντοι γε, μέντοι — γε* exstare constat. *γε μέντοι* non invenitur nisi apud Andocidem semel (II, 20). — Apud Lysiam invenitur *οὐ μέντοι γε* (XXXI, 2) et *οὐ μέντοι τοῦτόν γε* (XXX, 19). — Ut apud Lysiam ita apud Demosthenem *γε* cum *μέντοι* coniunctum non est, nisi *μέντοι* sequitur particulam *οὐ*; exceptus est unus locus XVIII, 112 *(ὧν μέντοι γ' ἐκ)*. Ut supra commemoravi, Demosthenes *καίτοι γε* non adhibet, sed semper inter has particulas unam vocem interponit. Aliter res se habet in *μέντοι* particulae usu. *οὐ μέντοι — γε* exstat XX, 105; XXI, 16; XXV, 85 *οὐ μέντοι μὰ τοὺς θεοὺς τούτῳ γ' ὑπάρχει.* — LV, 24 cod. *Σ* legit *οὐ μέντοι γε παθεῖν γε οὐδέν,* quod receperunt Turicenses, ceteri libri omittunt prius *γε.* De hoc loco idem sentio ac supra de VII, 12 *(καίτοι γε — γε). οὐ μέντοι γε* invenitur IV, 49 (*γε* om. *A Y* et Blassius, ut vitentur tres breves syllabae); XXII, 56 (*γε* om. *Y Ω* r s Blass.); XXXVII, 53. — In spuriis orationibus praesto est *οὐ μέντοι — γε* XXXV, 40; XLIX, 21, 38 (ubi duo vocabula inter particulas interposita sunt); LIX, 67 — *οὐ μέντοι γε* VII, 26; XXXIV, 20, 49 quibus duobus locis Blassius sine causa scripsit *οὐ μέντοι ἐντός γε ὤν.* —

CAPUT VI.

De particula *τοίνυν*.

Ex iis particulis, quibus oratores saepissime usi sunt, est *τοίνυν.* Cum de significatione et usu huius particulae apud oratores Atticos rectissime disputaverit Rosenbergius

in commentatione, quae inscribitur „die partikel *τοίνυν* in der attischen dekas“ (cf. ann. Fleck. a. 1874 pag. 109—121) longum est denuo omnes locos enumerare; satis est eos afferre, quos ille vir doctissimus omisit:

apud Andocidem: I, 86, 150.

apud Isocratem: in orat. XVIII particulam exstare negat Rosenbergius; sed invenitur *τοίνυν* tribus locis (9, 11, 17).

apud Isaeum: I, 45; II, 17, 35; V, 5; VI, 27, 51; XI, 20, 27; XII, 1. — (I, 13; II, 5; VIII, 6; X, 27 *τοίνυν* inveniri falso apud Rosenbergium scriptum videmus.)

apud Dinarchum: II, 17.

apud Demosthenem: IX, 70; XV, 33; XIX, 67, 299; XX, 19; XXIII, 178; XXVII, 31; XXXVII, 14; XXXVIII, 27; XLV, 15 (18 *τοίνυν* non exstat); LVII, 47. — XXXIV, 12; XLIV, 48; XLVII, 41, 68; LIX, 79.

Praeterea in his paragraphis *τοίνυν* bis praesto est, ubi fortasse mendo typographico numerus semel tantum exscriptus est: apud Lysiam VII, 18; XIX, 48. — apud Demosthenem: XIV, 33; XIX, 238; XX, 74, 116, 142; XXVII, 37; LVII, 25, 28. — XLVII, 67.

Ut de usu particulae ad Rosenbergii dissertationem aliquid addatur fieri non potest. Id unum afferre mihi liceat oratores *τοίνυν* saepe adhibere, si cum tabula lecta sit ad propositum revertantur et dicere pergant. Exempla huius usus enumerare supervacaneum est, quoniam saepissime inveniuntur.

VITA.

Natus sum Carolus Theodorus Henricus Ludovicus Schmidt a. d. VII. Id. Mart. an. h. s. 65 Suerini patre Carolo, matre Helena e gente Reinink, quos adhuc vivos colo atque diligo. Fidei addictus sum evangelicae. Parentes initio anni 1869 Gustroviam migraverunt, qua in urbe elementis litterarum imbutus per sex menses sextam classem gymnasii frequentavi. Autumno anni 1873 cum parentibus profectus sum Teteroviam, ubi duos per annos scholae civicae discipulus fui. Autumno anni 1875 receptus sum in sextam classem gymnasii Neobrandenburgensis; novem per annos et dimidium ibi versatus et vere anni 1885 maturitatis testimonium adeptus aestatem in patria domo degi, ut valetudini consulerem. Autumno illius anni academiam Rostochiensem adii, ubi in numerum civium academicorum receptus duo semestria studiis philologicis et historicis operam dedi. Deinde per annum academiam Berolinensem frequentavi; autumno anni 1887 Rostochium reversus iterum civibus academicis adscriptus sum. Mense Decembri proximi anni publica examina Rostochii absolvi.

Docuerunt me viri doctissimi Bechstein, Koerte, Leo, Marx, Schirrmacher, Schwartz, de Stein Rostochienses; Bresslau, Curtius, Hoffory, Iastrow, Kirchhoff, Koser, Mommsen, Paulsen, I. Schmidt, Vahlen, Wattenbach Berolinenses. Leonis et Schwartzii benevolentia factum est, ut in seminarium philologorum adsciscerer, cuius sodalis Leonis, Schwartzii, Marxii auspiciis per quater sex menses fui. Schirrmacheri autem humanitati debeo, quod seminarii historici disciplina tres per annos institutus sum. Ut exercitationibus philologicis duo semestria interessem benigne concessit Vahlen, historicis Mommsen et Wattenbach. Quibus viris omnibus meritas debitasque gratias ex animo ago.